

1655

1. Ammersbachius, Henricus: De jure naturali. . .
2. Beckmann, Johann Valth: De conditionibus.
3. Gerhardtus, Joh. Fridericus: De academia.
4. Posnerus, Casparus: C. Julii Caesaris politica..
5. Posnerus, Casparus: C. Julii Caesaris iustitias ..
6. Richterius, Christophorus Philippus: De novi operis
nuntiatione
7. Richterius, Christophorus Philippus: De conditionibus.
8. Schroeterus, Ernestus Fridericus: De collegiis epi-
scopi.
9. = Schroeterus, Ernestus Fridericus: De competentia
fri communis et privilegiati. 2 Suppl. 1655: 1716.
10. Schurbarthus, Aureus Christophorus: De constitutione et
natura politicae.
11. Strauchius, Johannes: De recusatone Curiae Imperia-
lis.

1655

12. Strauchius, Johannes: De juramento suppletorio.
13. Struve, Georg Adamus: De jure luminum.
14. et
2 Struve, Georg Adamus: De jure representationis.
2 Saampfl. 1655 & 1757.
15. Struve, Georg Adamus: Proclatib illustratum, et differei.
Civium quarundem controversiarum ex instit. locis. praec.
cipuis desumptarum.
16. Struve, Georg Adamus: De anatocismo.
17. Struve, Georg Adamus: De executione
18. Ungepauer, Erasmus: De feriis, earumque excep.
Bona.

al

p.



107



26. Pri. 48. Num. 16
17
1655, 14^e

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA,
DE
I V R E
REPRÆSENTATIONIS,

GERMANIS:

Wie in frittigen Erbschafts-Fällen die auf- und absteigenden
auch Neben-Linien, denen Rechten nach, zu einer Erbschaft
ein- oder abzuweisen sind.

Q V A M
P R A E S I D E

DN. GEORG. ADAMO STRVVIO,

ICTO MAGNI NOMINIS,

IN ACADEMIA IENENSI CELEBERRIMA,

P R O L I C E N T I A

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
LEGITIME CONSEQVENDI,

D. XXI. FEBRVAR. ANNO M DC LV.

ERV DITORVM EXAMINI SVBIECIT

IOH. CHRISTOPHORVS HEROLD,

HALL. SAX.

N V N C

VNACVM INDICE RERV M PRAECIPVARVM

I E N A E,
REC. LITTERIS HELLERIANIS, 1757.



REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS

REINER ESSENTIALIS






I. N. D. N. I. C.

CAPVT I.

INTRODVCTIONIS LOCO
GENERALIA QVAEDAM
SVCCSSIONIS LEGITIMAE
COMPREHENDENS.

§. I.

 Hereditas sive successio † 1. in universum
jus defuncti tempore mortis *l. 24. de V.
S. l. 62. de R. J.* defertur alicui † 2. vel
facto hominis, TESTAMENTO,
cujus ratio prior habenda, *l. 1. pr. ff. l. 2. C. und. lib.
l. 39. de A. H. l. 89. de R. J.* non obstante, *l. 21. §. 3. in
f. C. de Testam. vellege*, AB INTESTATO, §. f.
J. per qu. pers. l. 1. de H. P. quod, † 3. quoad here-
ditates, (ne obster *l. 6. de legit. Tut.*) quatuor po-
tissimum modis fit, quando sc. hereditatem relin-
quens, aut omnino testamentum non fecit, *l. 64.
de V. S. l. 1. de suis*, aut non jure fecit, *l. 2. §. 1. testam.*

A 2

quem

her. ab intest. ab utriusque parentis hereditatē reli-
quisque cognatis penitus exclusis. *d. §. 9.* Sutholt.
aph. 9. §. 28.

§. V. Sed quia † ii. iniquum & perdu-
rum erat, extraneum præferri naturaliter conjun-
cto, idcirco PRAETOR jus hocce percipiendarum
hereditatum admodum angustum, successu tem-
poris, tum supplendo, tum corrigendo, tum etiam
quod recte receptum erat, confirmando, amplia-
vit, vid. Forster. *de succ. lib. 4. c. 12.* Et quia † 12.
ipse heredem (civilem, utpote qui per legem tan-
tum, similemve juris constitutionem fiebat) dire-
cto facere non poterat. §. 2. *J. de B. P.* idem tamen
per consequentiam heredem (honorarium) sive
Bonorum Possessorem, ab herede quoad effectum
non distantem, *l. 1. 2. 3. de B. P. l. 138. de V. S. l. 117.
de R. J.* constituit. BONORVMQVE POSSESSIO-
NEM tam testamentofacto, quam ab intestato di-
versimode concessit. *tot. tit. ff. §. C.*

§. VI. Quæ tamen & postea à Justiniano
Imp. per Constitutiones Novellas maxime 118. &
127. varie immutatæ, ita ut hodie, prioribus ll. hac
de re positis vacantibus, successio legitima defera-
tur primo † 13. ac primario naturali mortalitatis or-
dine DESCENDENTIBVS seu liberis, quos &
natu

naturalis ratio, velut lex quædam tacita, & pãrens
 tum commune votum ad hereditatem vocat. *l. 7.
 pr. de bon. damn. l. 7. und. lib. l. 15. de inoff.* Unde
 & vivo adhuc patre, quodammodo jus seu domi-
 nium (καὶ ἐκπύδα) rerum paternarum, ob certissi-
 mam successionis spem habere dicuntur. *l. 11. de li-
 ber. & posth. l. 1. §. 12. de success. Edict.* vid. Hahn. ad
 Wefenb. tit. de inoffic. test. n. 6. verb. *liberis parentib.*
 eleganter hæc explicantem.

§. VII. Ubi vero iste mortalitatis ordo tur-
 batur. *l. 15. de inoff.* & liberi prius (præpostere) mo-
 riuntur, commiserationis ratio *l. 8. f. sitab. test. nul.
 ext. N. 118. c. 2.* liberorum defunctorum heredita-
 tes luctuosas satis, solatii loco, *l. 6. de jur. dot. de-
 fert † 14.* ASCENDENTIBVS seu Parentibus ad
 Tritavum non tantum usque proprie sic dictis, sed
 & ulterioribus speciale nomen, nisi Majorum, non
 habentibus. *l. 4. §. 2. de in jus voc. l. 16. §. 7. d. grad.
 N. 118. c. 2.*

§. VIII. Hisce vero non existentibus ad suc-
 cessionem defuncti sub conditione, si alii instituti
 non fuerint. Hahn. *d. l.* vocantur à Lege COLLA-
 TERALES, † 15. Agnati & Cognati, omnesque
 ex latere sanguine juncti. *l. 10. §. 8. de grad. Auth.
 Cessante C. de Legit. Her. N. 118. c. 3.*

§. IX.

§. IX. Universis Cognatis deficientibus, ex ratione † 16. aliqua Civili Prætor varios conjugii casus considerans, CONIVGES, legitimo † 17. Matrimonio, ad finem vitæ junctos, ad successionem mutuam ex Edicto, Vnde Viret Vxor vocavit, *l. un. ff. und. vir. & ux.* quod ab Imp. in *l. un. C. eod.* confirmatum, adhuc hodie † 18. suam habet utilitatem. Forster. *de success. lib. 9. c. 3.* Rittersh. *ad Novell. p. 7. c. 10. n. 2.*

§. X. Quamvis † 19. enim hodie Uxor inopia laborans, etiam extantibus liberis communibus alteriusve matrimonii, marito pro numero liberorum, vel in quartam, si tres vel pauciores sint liberi, vel in virilem partem ususfructus, *ist eitt Kindes Theil*, si plures sint, succedat. Auth. *Præterea C. d. t. N. 117. c. 5.* Nullis vero liberis extantibus quartam illam pleno jure accipiat. *d. Auth. & d. Novell. Fach. 10. c. 72.* (quod & similiter de marito intelligendum. *N. 53. c. 6. f. pr. gl. ad di. Auth. Gail. 2. o. 98. n. 5. Treutl. 2. D. 16. th. 6. D. Ludwell. disp. Inst. 10. th. 5. B.*) & sic de jure Civili ex Constitutione Imperatoria, non jure Prætorio succedat.

§. XI. Attamen † 20. hoc saltem verum est, si alter Conjugum velit contentus esse sua quarta, secus si non extantibus consanguineis vult venire ad
ad

ad totam hereditatem defuncti, excluso fisco, tunc enim adhuc hodie necesse habet ex Edicto Prætorio unde vir & uxor, intra centum dies, ex quo se vocatum sciverit, Bonorum Possessionem petere & agnoscere, animadvertente Schneidew. *ad tit. de B. P. §. cum igitur. junct. §. f. n. 15.* Bachov. *v. 2. ad Treul. D. 15. tb. 1. sub fin. & tb. 5. D.*

§. XII. Quæ successione species cum MORIBVS NOSTRIS, tum pactis † 21. matrimonialibus, quæ ante omnia attendenda, tum statutis ac Consuetudinibus locorum, quæ his † 22. deficientibus observanda, varie immutari solet, prout eam tam de jure communi, quam Saxonico late deducunt Schneidew. *de success. int. vir. & uxorem.* Georg. Schultz. *in syn. Inst. de success. conjug. & Magnif. Dn. Richter. tr. de success. sect. 4.* nec ejus tractatio nostri sit instituti, eo lectorem remittimus.

§. XIII. Nullo tandem, ex superioribus extante, aut extante quidem, sed repudiante, hereditas tanquam vacans intra † 23. quadriennium agnoscenda. *l. 1. §. 2. de jur. fisc.* FISCO defertur. *d. l. 1. l. 2. eod. l. 1. pr. de success. edict. l. 1. 4. C. de bon. vacant.* add. Schneidew. Schultz. & Richter. *dd. ll.*

§. XIV. Quia vero omnis † 24. successio Legitima defertur quidem regulariter secundum
B
gradus

gradus prærogativam, non tamen semper uno eodemque modo, sed aliis † 25. jure proprio, quando proximus quisque defuncto ex proprio gradu succedit; aliis † 26. vero jure, ut vocant, representationis, quum succedentes quidem defuncto proximi non sunt, si consideres gradum natalitium in parentis tamen præmortui locum ingrediuntur, ex ejusque gradu, quem repræsentant, succedunt. Vid. Val. Forster. *de success. lib. 3. c. 35.*

§. XV. Hinc alia dicitur successio † 27. in capita, quando tot sunt partes hereditatis, quot sunt capita succedentium, sive *Novund*, sive *Pfund*, alia † 28. in stirpes, quando non capitum ipsorum succedentium, sed stirpis, sive personarum in quorum locum succedunt, in dividenda hereditate habetur ratio. §. 6. *de her. ab intest. N. 118. c. 1. Cajus frag. l. 2. t. 8. §. 2.* quæ plerumque & regulariter inter succedentes ex privilegio REPRESENTATIONIS (quo de in præsentiarum) adhiberi solet. vid. insuper D. Joan. del Castillo, Sotomayor. *tr. contr. jur. quotid. part. 3. c. 19. ibique citat. autores.*

CAPVT

CAPVT II.

DE

ORIGINE, NOMINIS NOTATIONE, EIVSQUE HOMONYMIA ET SYNONYMIA.

§. I.

Quantum igitur ad REPRESENTATIONIS privilegium DESCENDENTIBVS indultum attinet, originem ejus, quoad fundamentum quidem Iuri Gentium, æquitatque naturali adscribimus; quamvis quoad modum ac quantitatem succedendi juris sit Civilis.

Arg. † 1. can. 7. dist. 1. ibi: *liberorum successio. junct. l. 220. pr. V. S. l. 1. §. 4. ibi: quod naturali æquitate contingit. d. suis & legit. §. 6. ibi: æquum esse videtur. J. de success. ab intest. atque ita † 2. Ebræis quoque teste Joan. Seldeni. de success. ad LL. Ebræor. lib. 1. cap. 1. ac Græcis receptum, referente*

B 2

rente

rente ex Hug. Grotii *de J. P. & B. lib. 2. cap. 7. n. 6.*
 Hahn. *ad VVesenb. tit. de gradib. n. 14. verb. ultra*
pronepotes non extendunt. Quamvis † 3. L. Salica
 nullam fuisse representationem ex *ejus tit. 62. anim-*
advertat Christ. Besold. *Thesaur. pract. verb. re-*
presentation. Quoad † 4. modum autem succe-
 dendi in stirpes LL. XII. Tabb., quoad suos qui-
 dem, adscribitur. §. *pen. vers. & quemadm. L. XII.*
Tab. 7. de her. ab intest. l. 3. C. de suis & legit. quod
 & honorarii juris observatio quoad emancipatos
 quoque secuta. *d. l. 3. C. à Valen. & Theodos. in l. si*
defunctus 9. C. de suis. & leg. hered. quoque descen-
 dentibus per fœmineum sexum indultum, vid. in-
 super Sotomajor. *d. c. 19. quot. contr. jur. n. 45. & n.*
56. A. ubi n. 53. probat necessariam fuisse representa-
tionis inventionem. Et tandem ab Imperatore in-
 distincte confirmatum. *Nov. 118. cap. 1. vers. sic ta-*
men. Val. Riemer. *dec. 8. qu. 4. pr. Arum. exerc.*
11. qu. 5.

§. II. COLLATERALES VERO, FRATRVM,
 SORORVMVE LIBERI, quamvis † 5. & earum suc-
 cessio fundamento aliquo naturali, licet non tam
 fortiori ac descendantium, sed saltem secundum
 quid, & sub conditione, si alii instituti non fuerint,
 nitatur. vid. Hahn. *ad VVesenb. de inoff. n. 6. p. 376.*
 tamen

tamen † 6. NON TANTVM TEMPORE LL. XII. TABB. ubi deficiente suo, Agnatus proximus vocabatur. *pr. §. 1. §. 5. J. de leg. Agn. succ. l. 14. §. 1. in f. de suis & leg.* VERVM ETIAM † 7. IN MEDIA ROMANORVM IVRISPRVDENTIA, quo saltem inter descendentes obtinebat. *d. §. 5. J. & l. 3. C. de legit. hered. que emanavit. anno 251.* HOC BENEFICIO NON GAUDEBANT. Val. Forst. *d. l. 4. c. 21. concl. 3. n. 17.* Sotomaj. *d. cap. 19. num. 67.* SED † 8. DEMVM AB IMP. IVSTINIANO ANNO CHRISTI 544. 7. KAL. AVGVST. per Constit. nov. 118. cap. 3. hoc privilegio DONATI, † 9. & ab eodem Anno 548. 5. Kal. Septembr. per Nov. 127. cap. 1. AVCTIONE, & tandem † 10. ab invictissimo Imp. CAROLO V. gloriosissimæ memoriæ, cum consensu Serenissimorum Principp. EE. ac Statuum Romani Imperii, partim in Comitiiis Univerfalibus Wormat. Anno 1521. §. *Nachdem auch*, &c. partim Spirensib. anno 1529. sub fin. rubr. *Käys. Constit. und Saßung*, &c. APPROBATIONE, iterumque † 11. in Comitiiis Norinberg. anno 1521. per Edictum: *Von dem Regiment zu Nurrenb.* &c. ibi: *Von Succession Bruder und Schwester-Kinder*, RENOVATIONE GRATIOSISSIME HONORATI, quod & hæctenus per viridem observantiam obtinuerunt.

B 3

§. III.

§. III. REPRÆSENTATIONIS VOCABU-
 LVM, SIC † 12. DICTVM A RE I. e. rursus, & PRAE-
 SENTARE, quod offerre & in medium adducere
 significat, multifariam in jure accipitur: ALIQVAN-
 DO † 13. REPRÆSENTARE IDEM EST AC SE AD
 CERTVM DIEM DENO SISTERE. *c. f. extr. de dol.*
& contum. add. c. 5. extr. de integr. restitutione
cap. 3. extr. de jur. Patron. Auth. apud eloquen-
tissimum. C. de fid. instr. Sic dicuntur fidejus-
 sores ex repræsentatione personarum, qui fidejuf-
 serunt aliquem judicio sisti. *l. 27. C. de fidejuss.* A-
 LIQVANDO † 14. IDEM DENOTAT AC ANTE
 DIEM SOLVERE VEL OFFERRE. *l. 1. C. de condict.*
ex leg. l. 36. C. de Transact. l. 8. §. 6. ff. eod. junct. l. f.
C. de Episc. & Cler. l. 36. §. 1. de condit. & demonstr.
l. 24. §. 2. solut. matr. junct. l. 1. §. 2. l. 2. §. 1. in f. d.
dot. praleg. ALIQVANDO † 15 REPRÆSENTARI
 DICITVR, QVOD NON DIFFERTVR IN TEMPVS,
 sic in *l. 3. §. 5. de Carbon. Edict.* dicitur repræsentari
 causæ cognitio, quæ non differitur in tempus. A-
 LIQVANDO † 16. IDEM SIGNIFICAT AC LOCVM
 ALTERIVS OBTINERE, VEL TANTVNDem VA-
 LERE; REM ALIQVAM, VEL PERSONAM SVSTI-
 NERE Sic dicitur culpa dolum, *l. 1. §. 2. si is qui*
test. lib. filia locum matris furiosa, l. 1. C. de success.
Edict.

Ediſ. ibique Gotfr. d. hereditas jacens perſonam defuncti, civitas fictam perſonam, pater, tanquam caput familiam, quidam alterius perſonam in judicio, Comœdiis, tragœdiis, &c. repræſentare.

ALIQUANDO † 17. DENIQUE IDEM EST AC EXHIBERE FICTIONE QUADAM IVRIS PRAESENTIAM EIVS, QUOD REVERA PRAESENS NON EST; quæ acceptio videtur eſſe hujus loci, ubi nihil aliud eſt, quam loci occupatione defunctæ perſonæ ſuccedere, & ſic ejus præſentiam denovo quaſi exhibere, quamvis eo in ſenſu JCTis incognitum videbatur, & doctrinæ ſaltem gratia ab interpretibus juris introductus. Sotomayer. *d. c. 19. num. 2.*

§. IV. Et in hac acceptione dicitur † 18. alias ſucceſſio in vel ſecundum ſtirpes, §. 6. *de hered. ab inteſt. N. 118. c. 1. 3.* item ex ſtirpibus, *l. 2. de ſuis & legit. ſeu* (ut mavult Vultej. *lib. 1. J. Rom. cap. 74.*) reprehendus propterea à Gothofr. Anton. *diſput. Anti-Vult. 2. th. 13. ſeq.*) repræſentalis, quod beneficium repræſentationis regulariter ſit fons & radix ſucceſſionis, ſive diſiſionis in ſtirpes, Rittershuſ. *ad Nov. p. 7. c. 1. n. 7.* vel etiam ſucceſſio vicaria. Joan. Selden. *de ſucceſſ. ad LL. Ebraor. lib. 1. cap. 1. p. 3.*

CAPVT

CAPVT III.
 DE
 DEFINITIONE, DIVISIONE
 AC CAUSA EFFICIENTE.

§. I.

Repræsentatio est jus succedendi, quo liberi posteriores gradu, cum defuncti ipsis gradu proximioribus in hereditate avi vel patruī delata, parentis sui prædefuncti locum ingredients, ejusque personæ vices ac ordinem repræsentantes, in illius locum succedunt.

Huic descriptioni ut sua constet veritas, singula ejus verba exponemus: Est igitur *Jus*, † 1. i. e. facultas, sive potentia, sicut usufructus, usus, obligatio, & aliæ res incorporales, §. 2. *J. de rebus corp. & incorp.* & quidem *SUCCEEDENDI*, † 2. est enim successionis species, quæ opponitur successioni, quæ fit ex proprio gradu, quæ *Vult. d. l. r.*
 per-

personalis dicitur; QVO LIBERI, † 3. quod vocabulum hic late accipimus, ut non tantum (1.) comprehendat filios filiasve (fratrum scil. sororumve) sed & nepotes, pro-nepotes, & ex his descendentes, *l. 220. pr. de V. S.* nec (2.) tantum eos contineat, qui sunt in potestate, sed omnes, etiam qui sui juris sunt, sive virilis sive foeminini sexus sint. *l. 56. §. 1. eod.* sublata nimirum ab Imperatore Justiniano differentia potestatis & lexus. *N. 118. c. 1.* Hi igitur liberi, si

VLTERIORES † 4. GRADU natalitio sc. sunt, ob gradus prærogativam, non nisi beneficio representationis cum DEFUNCTI (viventi enim nulla est hereditas) IPSIS liberis GRADU natalitio PROXIMIORIBVS † 5. quos sc. gradu nemo antecedit. *l. 92. V. S.* & si unus tantum sit, *l. 155. eod.* IN HEREDITATE seu successione legitima. *l. 130. V. S.* juris universi. *l. 24. 178. §. 1. 119. 138. d. t.* AVI VEL PATRVI (qui exempli loco hic tantum afferuntur) DELATA, ut nimirum adeundo consequi possit. *l. 157. eod.* PARENTIS (sub quo etiam matrem pro subiecta materia comprehendimus) SVI PRAEDEFUNCTI sc. ante eum de cuius hereditate quaritur (alias † 6. ex persona patris jure transmissionis succederent Ant. Faber. *in Cod. lib. 2. tit. 3. def. 1. n. 4. & def. 14. n. 19. & 28.*) quive alias, si vixisset, succederet,

C

locum

locum sive gradum, INGREDIENTES, juris fictio-
 ne, EIVSQVE PERSONAE, reuera praefunctae
 VICES AC ORDINEM sustinentes, ac RE I. E. de-
 nuo quasi PRAESERTANTES, ac si adhuc superstes
 ipse succederet, IN STIRPES SUCCEDUNT, † 7.
 omnesque tantam portionem ex hereditate acci-
 piunt, quantam eorum parens, si reuera vixisset,
 habiturus fuisset. §. 6. J. de her. ab intest. N. 118. c. 1.
 & c. 3. N. 127. c. 1.

§. II. Estq; vel DESCENDEN-
 TIVM, quæ liberis ulterioris quam
 primi gradus, ex ratione naturali
 simpliciter: vel COLLATERA-
 LIVM, quæ fratrum tantum, so-
 rorumve liberis, cum aliis tam A-
 scendentibus, quam Collateralibus
 concurrentibus secundum quid,
 competit.

Tertiam † 8. speciem ASCENDENTIVM
 nimirum non agnoscimus, Auth. defuncto C. ad
 Tertull. ibique gloss. N. 118. c. 2. vers. Sin a. cum
 contra naturæ ordinem, quem & lex quantum fieri
 potest,

potest, observat. §. 4. d. *Adopt.* sic, ut parentēs in liberorum locum succedant. Treutl. d. *tb.* 4. D. Förster. l. 7. c. 4. *concl.* 5. Rimer. *dec.* 8. qu. 4. Quamvis † 9. horum in successione hoc singulare habeatur, quod Ascendentes, si in pari quidem gradu, diversæ tamen lineæ paternæ & maternæ, soli sint, disparis licet numeri, defuncto in stirpes, secund. DD. sive potius genera ut rectius Hillig. *ad Donell.* 9. *com.* 3. E. succedant, ita, ut unus semissis parentibus lineæ paternæ (avo scil. & proavo) alter lineæ maternæ parentibus cedat. Nov. 118. c. 2. *vers.* Si autem eundem habeant gradum. Quod † 10. tamen nullam arguit repræsentationem. Wesb. *de gradib.* n. 15. *ibique.* Hahn. *verb. nec n. hic repræsentatio.* Carpz. p. 3. c. 17. d. 3. *ubi ita in facti specie consultos Dominos Lips. decidisse testatur.* add. Joan. del Castillo Sotomaj. d. *cap.* 19. *contro. jur. num.* 54. & 55.

§. III. Causa Efficiens Privilegii repræsentationis sita est in Fictione juristranslativa, à persona in personam, vel potius gradu in gradum.

Nullam † i. quippe novam successionem fingit, sed jus succedendi, in gradu prædefuncti parentis radicum ex æquitate saltem transfert, in subsequenter, alias remotiorem gradum liberorum, in stirpes quidem, quasi ipse parens prædefunctus succederet. Vid. Hahn. *ad Vvesenb. tit. d. probat. n. 15. verb. affinis presumptioni est fictio.* Diss. videtur Joan. del Castillo *Sotomaj. d. c. 19. n. 27.*

CAPVT IV.

QVÆNAM PERSONÆ, QVIBVSVE IN CASIBVS, BENEFICIO
REPRÆSENTATIONIS SVC-
CEDANT.

§. I.

In primo DESCENDENTIVM ordine privilegio repræsentationis gaudent Liberi ulterioris, quam primi gradus, puta *nepotes, pronepotes, &c.* quando VEL cum liberis prioris gradus, *filiis ac filiabus*, simul
con-

concurrunt, VEL etiam in dispari numero foli existunt, in infinitum.

Et hoc † 1. non tantum de jure communi. §. 6. d. ber. ab intest. l. 1. §. 4. de suis & legit. l. 2. & Auth. successione. C. eod. N. 118. c. 1. R. N. zu Augsp. anno 1500. rubr. Die successio der Diechter oder Enckel, &c. add. Sotomaj. c. 19. n. 61. Sed † 2. & Saxoni- co, Landr. art. 5. pr. lib. 1. qui text. quamvis tantum de natis ex filio loquatur, neget v. de nepotibus ex filia (ut hinc male Treutl. 2. d. 16. th. 1. H. indistin- cte neget J. Saxon. representationis beneficium lo- cum habere, ut recte annotavit Bachov. ad eund.) tamen gl. ordin. Landr. lib. 1. artic. 16. 17. Verb. **Stirbt ein Mann.** n. 2. & gl. fin. Weichb. art. 63. n. 7. eum ad Jus Civile antiquum referunt, & consue- tudine sublatum asserunt, referente Treutl. d. l. cui in eo injuriam facit Bach. d. l. quasi statuat dict. art. 5. per dd. ggl. abrogatum esse. Eoque † 3. hodie regulariter absque ulla distinctione sexus. §. f. d. ber. ab int. l. pen. & ult. C. de leg. ber. N. 118. c. 1. iuratis aut emancipationis. d. l. f. N. 118. c. 1. fruuntur, adeo † 4. ut nec posthumis, arg. §. 2. 8. d. ber. ab intest. l. 7. 26. d. stat. hom. l. 6. §. 1. d. injust. rupt. l. 3. §. 9. l. 6. 7. ff. l. 4. C. d. suis. vivo tamen adhuc eo, cui bene-

ficio repræsentationis succedere volunt, conceptis; arg. d. § 8. Jung. Hahn. *ad Vvesenb. tit. und. cog. n. 2.* Nec † 5. ob b. f. parentum, ex putativo, opinione tamen justo, matrimonio procreatis. *vid. l. 24. § 57. d. rit. nupt. c. pen. X. qui fit sint leg.* Magnif. Dn. Richter. *d. S. 1. n. 4.* Nobil. Dn. Struv. *exerc. feudal. 9. th. 3. in fin.* Sicut nec † 6. ex sponso ante *εερολογίαν* defuncto, conceptis. arg. *l. 30. d. R. f. c. 25. X. d. sponsal.* add. Nobil. Struv. *exerc. ff. 23. th. 20. § exerc. feud. 9. th. 3.* Hahn. *tit. d. bis, qui sui jur. n. 2.* (facit responsum Dnn. Jenensium in Febr. anno 1633. *Ab Hermann Sturm*, quod referunt Magnif. Dn. Ungep. *ex Just. 9. qu. 3. p. 439.* & Magnif. Dn. Richter. *d. sect. 1. m. 3. n. 10. p. 93.* ac subseq. m. mart. in eadem causa secuti sunt Dnoi Lipsienses, referente Carpov. *p. 5. c. 14. d. 12.* Diff. Facult. Lipsi. d. 15. Jan. 1642.) Multo minus † 7. ante nuptias quidem conceptis, partus tamen tempore in matrimonio editis. arg. *l. ii. f. C. de natur. liber. beneficium hocce repræsentationis invidendum.* Idem putamus de legitimatis † 8. per sublequens Matrimonium, cum per omnia pro legitimis habeantur. §. *2. d. b. ab intest. l. 5. 10. C. D. nat. lib. C. f. d. nupt. l. 23. §. f. C. eod. N. 18. c. f. N. 74. c. 2. N. 89. c. 3. c. 8. c. tanta. X. q. fil. sint leg.* Nobil. Struv. *exerc. ff. 29.*

ff. 29. *ib.* 9. Circa † 9. quorum successionem hic obiter quasi notandum, quod ex novissima Ordinatio Polit. Archi-Episcopatus Magdeb. Dni. AVGVSTI c. 40. §. Und ob wir wohl. hujusmodi legitimatis, Nobilium aliorumve Valallorum Archi-Episcopatus, ob singulare odium libidinis, nihil amplius ex paterno allodio per ultimam voluntatem assignari possit, quam uni legitimorum, qui inter omnes minus habuerit; ita enim Serenissimus Legislator, ibi: Auch in Erbgütern weiter nicht succedren, dann soviel des Verstorbenen ehelichen Kindern eines, deme weniger als den andern, durch letzten Willen, verlassen, von ihm geerbet. Cujus † 10. constitutionis vestigia apud Romanos in successione legitimorum per Oblationem Curia jamdum extitisse apparet *ex l. 9. §. 3. C. d. natural. lib. 8. Nov. 89. c. 3.* Circa legitimatos † 11. per rescriptum Principis distingvimus, ut si cum legitimis ante legitimationem natis concurrant, huic beneficio non gaudeant. arg. *Nov. 74. c. 7. N. 89. c. 9. N. 49. c. 9.* Nisi vel † 12. legitimi consenserint, Magnif. Dn. Richter. *d. S. 1. m. 2. n. 5. p. 85.* Vel † 13. Princeps ante mortem patris. vid. notab. Hahn. *ad VVesemb. p. m. part. 1. ad successionem quoque peculiariter legitimaverit, Gail. 2. c. 142.*

c. 142. n. 5. § 8. Vel † 14. post legitimatiōem
 jam factam demum legitimi nati fuerint. Ludw. ad
 7. 10. th. 2. C. In Archi-Episcopatu † 15. Magdeb.
 quod & hic notandum, hujusmodi legitimatis ex
 bonis defuncti parentis (cujus fratres saltem ac so-
 rores Germani legitimi adhuc extant) vigore præ-
 laudatæ Ordin. Polit. Domini AVGVSTI d. c. 40.
 §. So wollen Wir auch, &c. ad exemplum libero-
 rum ex damnato coitu natorum, præter alimenta,
 ne quidem ex paterna dispositione, deberi, patet ex
 verbis: So wollen Wir auch, daß ein Vater,
 dessen eheliche und vorbürtige Geschwistere noch
 am Leben, und ungeachtet er kein Weib noch ehe-
 liche Kinder hätte, seinen natürlichen Kindern,
 die er in concubinato und unehrllicher Haushal-
 tung gezeuget, eben so wenig, als denen, die ihme
 ex damnato coitu geböhren seynd, über die Ali-
 menta, durch ein Testament, oder andern letzten
 Willen, zu legen, und zu verschaffen Macht ha-
 ben soll. Und da gleich einer legitimiret wäre, so
 soll er sich doch derowegen seines Vatern Erb-
 schafft mehr, als von Uns jezo verordnet, nicht
 anzumassen haben.

Circa diversarum † 16. Nuptiarum Nepo-
 tes, adhibenda erit distinctio, ita, ut communi pa-
 renti,

renti, cum patris suis concurrentes æqualiter, h. e. absque distinctione bonorum; diversis vero parentibus separatim hoc est sub distinctione bonorum paternorum & maternorum beneficio representationis gaudeant. Först. l. 4. c. 16. Rittersh. p. 7. Nov. c. 4. n. 9. Nisi † 17. pactum de unione prolium, (quo de vid. Riek. tot. tract.) interpositum, ejusque vigore bona invicem communicata fuerint. Gail. 2. O. 125. Treutl. 1. d. 2. th. pen.

§. II. In Tertio Succeedentium ordine beneficio repræsentationis succedunt fratrum sororumve liberi primi gradus, filii ac filiæ tantum nec ultra eorum personam ad nepotes vel alios extenditur.

Nov. 118. c. 3. vers. Hujusmodi v. privilegium
 &c. Hinc † 18. Don. Scabini Hallenses in concursu patruelis & amicitæ liberorum anno 1599. mens. April. an Urban Bernicken zu Halle responderunt hoc modo: So hat er seine Güter uf euch (des verstorbenen Vaters Brudern Sohn, qui est in 4. gr.) alleine verfället, und eurer Schwester Kinder, (quia sunt in 5. & remotiori gr.) welche
 D. sich

sich dießfalls des juris repräsentationis nicht zu erfreuen, haben daran keinen Theil noch Forderung. V. R. W. Hic vero § 19. fratrum liberi cum non sint unius generis, sed vel germanorum, Voll-Geschwister-Kinder, vel consanguineorum, Halb-Geschwister-Kinder vom Vater, vel uterinorum, Halb-Geschwister-Kinder von der Mutter, nec etiam repräsentationis beneficio uno saltem casu gaudeant, idcirco casus, quibus beneficio hujus privilegii succedant, paucis perlustrabimus.

§. III. Germanorum prædefunctorum liberi, beneficio repräsentationis ad hereditatem defuncti vocantur: I. Si una cum fratre defuncti germano, ejusque Ascendentibus proximis concurrunt.

Ita § 20. quidem, ut defuncti hereditas inter Ascendentem, fratrem defuncti superstitem, & fratris præmortui liberos, in tres partes dividatur, & tertia pars ipsis liberis, paternum ad ingredienti gradum in stirpes ex § 21. commiseratione, ut putat Zæf. ad ff. tit. de suis. & leg. n. 28. Pleno § 22. tamen

tamen hodie jure, arg. *N. 118. c. 2. ibi: nullum usum, &c.* attribuatur. *Auth. cessante. C. de legit. hered. N. 127. c. 1.* qua in parte † 23. corrigitur. *N. 118. c. 2. & c. 3. vers. Sed & ipsi fratrum filii.* Schneidew. *de 2. ord. succ. n. 28.* add. Hahn. *ad VVesenb. tit. de gradib. n. 15. verb. nec n. hic representatio.*

Idem cum DD. comm. putamus, si † 24. defunctorum fratrum liberi soli cum Ascendentibus concurrant: *arg. rubr. N. 127. Schneidew. d. l. n. 29.* Forster. *de success. l. 7. c. 7. n. 2.* Rittersh. *ad Nov. p. 7. c. 10. n. 9.* Gudelin. *de jur. nov. l. 2. c. 14. num. 6.* Magnif. Dn. Richter. *de success. sect. 2. m. 1. n. 17.* ubi ita Jctos Wittebergenses, Marpurgenses & Jenenses anno 1602. Nicolao Bohren zu Mühlborff in Dietmarschen, respondisse, testatur. Quamvis † 25. si velimus verbis *N. 127. c. 1. inhære*, contrarium forsitan rectius defendat Cuj. *ad N. 118.* eumque secutus Suthold. *dissert. 11. aph. 66.* Quod & † 26. verum putamus in casu, quo patre mortuo, solus extat avus, & à latere frater germanus vel prædefuncti liberi, arg. *l. proximus. 92. de V. S.* Non obstante *Nov. 118. c. 2. vers. Si cum Ascendentibus proximis.* Scho. *d. l. n. 25. seq. Fachina 6. contr. 7. & Suthold. d. 11. th. 67.* Non tamen † 27. extentendum hocce representationis privilegium d.

N. 127. utpote correctorium, ad fratrum consanguineorum vel uterinorum liberos, sed sub dispositione *N. 118. c. 2.* relinquendum, ubi penitus ab Ascendentibus excluduntur. Schn. *d. l. n. 30.* Sutthold. *d. 11. apb. 64.* Hahn. *d. l.* & ita responderunt Domini Lipsienses anno 1597. & 1626. teste Carpz. *p. 3. c. 17. def. 4.* & Jenenses, anno 1611. & 1628. referente Richter. *d. l. n. 22.* Nec † 28 contra naturam repræsentationis v. §. 2. ad fratrum germanorum *Nepotes.* Uti nec † 29. ad successionem, quæ fit per rescissionem actione inofficiosa, (si nimirum pater, aut alius ascendentium, descendentem per querelam intestatum fecit,) quamvis tunc res ad causam intestati recidat, quia nec pater eorum simul admissus fuisset. Vultej. *ad pr. J. de inoff. testam. n. 9.* Schotan. *in exam. jurid. dict. tit.*

Sane Jure † 30. Saxonico fratrum filii repræsentationis beneficio in allodialibus, (secus enim in feudalibus. *v. c. 5. §. 1. n. 4.*) non gaudent, cum eo jure Ascendentes Collaterales indistincte excludant, Landr. lib. 1. art. 27. in pr. ibi: **Daß das Erbe nicht aus dem Busen gehe,** &c. & secundum gradus prærogativam, (ut nimirum proximiores gradu, parentes puta primi gradus, remotiores avum, aviamque excludant,) succedant, v. Carpz.

p. 3. c.

p. 3. c. 14. def. 5. & c. 17. def. 6. 7. 8. 9. Richter. d. l. n.
23. Hahn. p. 410.

§. IV. Admittuntur II. jure
repræsentationis, quando una cum
Patruo, Amita, Avunculo, aut Ma-
tertera concurrunt.

Jure † 31. quidem communi per textum *Nov.*
118. c. 3. vers. Si autem defuncto. Auth. *Cessante. C.*
de legitim. hered. Sanctione Caroli V. in Comitibus
Wormatiensibus anno 1521. § Nachdem auch in ge-
meinen Rechten versehen, & Ed. & von dem Re-
giment zu Nürrenb. im 1521. Jahre, von Succes-
sion Bruder und Schwester Kinder, confirma-
tum. Jure † 32. enim Saxonico contrarium in al-
lodialibus usu observatur, jureque repræsentati-
onis in linea collateralis plane sublato, proximiores
gradu, (*fratres ET SORORES, VIPOTE 2. GR.*
DEFUNCTO IVNCTOS.) remotiores (*fratrum*
PRAEDEFUNCTORVM LIBEROS, 3. P. GR. IVN-
CTOS) à successione excludunt. Landr. lib. 1. art. 3.
sub fin. ibi: Je näher dem Siep, je näher dem
Erbe, ibique gl. Lat. lit. M. add. Novell. Augusti
Ele&. *Const. 18. §. f. vers. Sondern Unsere Mey-*
nung

nung und Gemüth ist. *part. 3. ibique Moller. n. 2. 3. Carpz. def. 1. § 4. Magnif. Dn. Richter. d. tr. sect. 3. m. 1. n. 9.* Adeo † 33. ut divisionem hereditatis inter sororem sororisque prædefunctæ liberos, tanquam errore juris factam non nocere, quo minus indebite datum repeti queat, pronunciarint Domini Lipsi. anno 1601. in Octobr. in causa Alexander Bergmanns zu Golitz, referente Carpz. *p. 3. c. 15. post. def. 42.* Correctum † 34. equidem hoc in passu Jus Saxonicum aliqui per supra citatam sanctionem Carolinam contendunt, qua Imperatoris ac Statuum unanimi consensu, consuetudines contrariæ disertis fuerint abrogatæ verbis: **Mit gleicher Derogation, Vernichtung und Abthung der Gebräuch und Gewohnheiten an jedem Orthe zu verschaffen.** Item: und euch einige Gewohnheit, noch anders, so darwider seyn mögte, nicht hindern lasset; Unde † 35. etiam Mynling. resp. 36. n. 6. meruit, ne causa delata ad Cameram sententia contra fratris filios lata reformetur, & annulletur quoniam contra generales Imperii Constitutiones, præsertim cassatorias, leges aut consuetudines particulares haut subsistere possint. Sed nihil † 36. periculi subest, siquidem Jus illud Sax. quoad Electoratum præsertim privilegiatum ac quasi

quasi jus scriptum est, Rein. Rosa ad Moller. p. 3. *const. 18. n. 2. med.* quod sub consuetudinum contrariarum, quæ contra jus civile irreperant, abrogatione, non continetur, Impp. quippe mens fuit consuetudines quasdas speciales tantum, non statuta omnia, (prout distingvit Rimer. *dec. 8. qu. 4. circa fin.*) abrogare. v. Carpz. p. 3. c. 18. *def. 2. n. 9.* Et cum Sereniss. † 37. PP. ac Duces Saxonix jus extremæ provocationis PP. EE. in A. B. *tit. c. 11.* concessum, tempore immemoriali in viridi observantia retinuerint, confirmationemque Imperatoriam, ac consensum subditorum desuper obtinuerint, vide Carpz. *peculiarem dissertationem in volum. disp. de privil. de non appell. c. 3.* non est quod cum Mynsingero diu in pronuntiatione Camerali laboremus, præsertim cum Assessores Camerae jurare teneantur, quod secundum statuta & consuetudines probatas non minus ac juxta Cæsarea jura pronuntiare velint. *Cammer-Gerichts-Ordn. p. 1. tit. 13.* Vel † 38. maxime cum Seren. Elector Saxonix, tanquam summus protector ac defensor Juris Saxonici, cui cura & conservatio istius potissimum in A. B. *tit. von Rechten des Pfalzgrafen und Herzogen zu Sachsen*, commissa, sicut alias in Comitibus, quando novæ leges promulgantur, protectari

testari & caveri solet, ut ex juri Saxonico minime officiant, testante Georg. Schultz. *in prolegom. ad Inst. d. univ. jur. author.* ita & hac in sanctione, una cum reliquis Ducibus Saxoniae, si credimus Schneidew. *in 3. ord. succ. n. 14.* contra Legem Carolinam ceu contrariam Juri Saxonico, protestati.

Quantum † 39. equidem ad reliqua loca, ubi jus Saxonicum ulu receptum, attinet, praedicta sanctio Carolina omnino obtinet, verendum enim, ne sententia in Camera secundum illam reformetur. Schn. *d. l. Carpz. d. c. 18. def. 5.* Hahn. *ad VVesemb. d. gradib. n. 16. verb. jure tamen Saxonum.* Hinc † 40. in Archi-Episcopatu Magdeburgensi, ab Archi-Episcopo Cardinali Alberto non tantum recepta, sed & usu haectenus observata, attestantibus Dnn. Scabinis Hallens. anno 1600. m. Jul. att Paul Bergmannen, Stadtrichtern zu Cöthen, item anno 1636. m. Octobr. Anna Meiers, Cammerer Martin Denckens Wittwen zu Zerbst, & menl. Octobr. eod. anno an Michael Schmiedert und Blasio Stoyen, in Vormundschaft seines Weibes nach Wettin. De Principatu † 41. Anhaltinensi extat Fürstl. Anhalt. Polie. und Landes-Ordn. *tit. 44. pr.* De † 42. Episcopatu Saxoniae Numburgensi idem refert Dn. Richter. *d. l. p. 143. num. 11.*

n. 77. Ubi † 43, tamen notandum, quod in his terris, filii fratrum subditi Electoratus Saxoniae hereditatem jure repræsentationis petentes, jure re-torsionis per fratrem recte excludantur, *arg. l. 1. quod quisque jur. in al. c. 1. dist. 1. Const. Elect. 38. pr. ibi*: Sondern auch billig, *part. 3. ibique Moll. & Carpz. Nob. Dn, Struv. diss. de vindicta privat. th. 61. vers. Hodie in applicatione hujus edicti. § th. 75.* Quod quoad † 44. Archi-Episcopatum Magdeb. magis declaratur ex Mandato Dnn. Consiliario-rum Regiminis Hallens. Dominis Scabinis ibidem anno 1588. d. 16. Septembr. transmissio, cujus ver-ba, cum hanc rem dilucide explicent, non pigebit adscribere :

Unsere f. Dienste zuv. E. h. b. g. guter Freund!
 Nachdem ihr uns um Bericht und Erklärung ersucht/
 wie es in denen Fällen / so in dem Erz-Stifte Magde-
 burg in Erbschafft / Gerade / Heergewette, und der-
 gleichen Sachen sich zufragen / da dieselben von denen
 gefordert werden / so ausserhalb dem Erz-Stifte / und
 sonderlich im Thur-Fürstl. Sächsl. geseßen / von dan-
 nen / in gleichen Fällen / dieselben nurt zum Theil oder
 gar nicht ins Erz-Stift folgen lassen / gehalten wer-
 den sollte / damit ihr in Ver-spreehung euch darnach zu
 richten haben möchtet ; Als mögen wir euch nicht ver-
 halten / daß in gleichen Fällen wider solche Derther das
 Jus re-torsionis billig exerciret und gebrauchet wer-

E

de/

de/inmassen es dann auch also in andern Fürstenthümen verordnet/darum wollet ihr in fürfallender Gelegenheit eure Belehrung und Urthel auch darauf richten; Und weil dann/ in Specie im Erz-Stifte Magdeburg/ die Käyserliche Constitution, wegen des Jus representationis, in linea collateralis, unter Bruder und Brüder oder Schwester Kinder Anno 1521. zu Nürnberg publiciret/ angenommen/ und biß daher im Gebrauch gehalten/ auch darauf erkandt und geurtheilet. Und aber des Erz-Stiftes Unterthanen/ Vermöge derselben in fürfallenden Fällen die Erbschafft aus dem Chur- und Fürstenthum Sachsen biß daher nicht gefolget worden, die weil Sachsen wider solche Constitution protestiret; Als halten wir es dafür, wie es auch unsers gnädigsten Herrn des postulirten Herrn Administratoris des Primat- und Erz-Stifts Magdeburg Herrn Joachim Friedrichs Marggrafen zu Brandenburg/ gnädigste Meynung/ daß gegen Dero Unterthanen das Jus retorsionis oder talionis billig gebrauchet/ und in Fällen/ da jemandes der Ende Jure representationis im Erz-Stifte Magdeburg Erbschafft fordern wollte/ billig abgewiesen werde; Jedoch ist mit nichten unsere Meynung/ daß solcher Erbtheil der Obrigkeit bleibe/ sondern den andern Erben accresciren solle/ darnach ihr euch im Versprechen werdet zu halten wissen.

Quod Jus representationis prætere III. facit,
ut fratrum sororumve liberi, etiam defuncti patrum,

truum, amitam avunculum, materteram, etfi omnes in pari & 3. gr. consanguinitatis reperiantur, l. 10. §. 14. d. grad. penitus tamen excludant; jure non tantum communi. Auth. *Post fratres. vers. hi autem fratrum filii.* C. de legit. hered. Schneid. d. l. n. 18. Sed & Saxonico, non quidem communi. Schn. d. l. Berl. p. 3. c. 24. n. 39. Carpz. p. 3. c. 18. d. 4. Sed Electorali. p. 3. c. 18. §. *Stürbe dann ein Mann.* &c. in cujus rationem alii inquirunt. Dan. Moll. *ibid.* n. 4. & Carpz. d. 5. n. 4.

§. V. Beneficio repräsentationis excludunt fratrum liberi IV. fratres sororesve ab uno latere junctos.

De Jure † 45. communi textus est in d. N. 118. c. 3. *vers. unde consequens est.* & d. Auth. *Cessante.* & Auth. *Post fratres.* C. de legit. hered. Justus Mejer. in *Colleg. Argent. tit. de suis* & *leg. th. 22. n. 5. p. 757.* Rimer. *dec. 8. q. 5.* Facit & † 46. insuper firmitus jus duplicitas vinculi. Rittersh. *ad Nov. p. 7. cap. 13. n. 5.* Quod & in † 47. Archi. Episcopatu Magdeburgensi usu servatur, ut patet ex verb. Dnn. Scabin. Hallens. anno 1598. m. Novembr. an Stephan Straussen usn Steinwege vor Halle; Weil aber dennoch im Käyserl. Abschiede zu Wormbs, und Constitution

tution zu Nürnberg de anno 1521. das Jus repräsentationis, und soviel zugleich Bruder und Bruders Kinder anlanget / die Succession der allgemeinen Rechte eingeführet, in diesem Erz-Stifte angenommen, auch bishero in dergleichen Fällen, der Halb-Bruder von des vollbürtigen Bruders Kindern excludiret / und also in viridi observantia gehalten; So werdet ihr auch dahero von euers Halb-Bruders Erbschafft ausgeschlossen. V. R. W. Eodem modo Anno 1600. mens. Jan. Daß des Verstorbenen vollbürtigen Bruders Sohn / zwart mit desselben Halb-Schwester in einem Gradu, des Bruders Sohn aber sich des Juris repräsentationis zu gebrauchen. V. R. W. Eodem modo anno 1569. responderunt an Joachim Withowen zu Schönefeld und Consorten. Item an Peter Triefelern Bürgern zu Katenau eod. ann. h. m.: Wiewol nach Sachsen-Recht die Halb-Geschwister mit den Geschwister Kindern von voller Geburth zugleich succediren / auch darwider die in diesem Erz-Stifte Magdeburg angenommene Constitutio Carolina nicht expresse redet; Dieweil aber doch durch solche Constitution das Jus commune in allen denen Fällen, da die Repräsentation Statt finden kan, wiederum introduciret und eingeführet worden; So werden auch dießfalls in diesem Erz-Stifte, der vollbürtigen Geschwister Kinder / ihren Halb-Geschwistern in successione allodialium billig præferiret und vorgezogen. V. R. W. Quod tamen † 48. ad nepotes fratrum utrinque junctorum quamvis & hi nomine liberorum

rum veniant. *l. 220. d. V. S. contra naturam repræsentationis, non est extendendum, sup. §. 1.* Jure † 49. Saxonico cessante jure repræsentationis, & hæc dispositio cessat, successioque hoc in casu quo concurrentes omnes defuncto pari p. tertio gradu juncti sunt, æqualiter in capita defertur. *Landr. lib. 2. art. 20. in fin. Nov. constit. Elect. 18. §. Wenn aber ein Halber-Bruder. part. 3. ibique Moll. & Carpz. add. Coler. p. 1. decis. 49. n. 22. Berlich. p. 3. concl. 24. n. 63. Richter. d. l. n. 55. p. 162. qui etiam pronunciata Jctorum annectunt.*

§. VI. Multo igitur magis V. privilegio repræsentationis præferuntur fratrum ex uno latere junctorum liberis.

Argumentum † 50. *dd. text. Arch. post fratres. C. de leg. her. N. 118. c. 3. vers. hujusmodi vero privilegium, ibi: ut in parem suorum jura succedant. Fac. rubr. Nov. 127.* Si enim vincunt vincentem eos (*fratrem nimirum ab uno latere junctum, qui tamen in potiori p. 2. gr. constitutus*) magis eos (*hujusmodi fratris liberos in pari 3. gr. constitutos*) vincunt. *Nec † 51. adverteatur. d. c. 3. vers.*

Sed & ipsis fratrum filiis. Ubi videtur ipsis tantum hocce privilegium concedi, quando cum propriis judicantur hiis: Siquidem † 52. ut ex verl. *Si autem cum fratrib.* patet, oppositio tantum est in eo, quod fratrum filii non habeant istud privilegium semper ex dict. N. 118. vid. Mejer. *d. l. 1b. 22. n. 9. p. 759.* Idem † 53. circa hunc casum in Archi-Episcopatu Magdeburgensi receptum, testati sunt, in puncto Successionis des verstorbenen Fricke Tegders, Dnn. Scabini Hallens. anno 1627. d. 18. Junii ad requisitionem Bürgermeister und Rath zu Wangleben / his verbis: Ist N. verstorben, und nebst seinen Gütern / seiner vollburthigen Schwester Sohn, und seiner Halb-Schwester Kinder verlassen, so hat er, nach gemeinen Kayserslichen und in dergleichen Fällen, in diesem Erz-Stift Magdeburg üblichen Rechten, seine Erbschaft uf seiner vollbürtigen Schwester Sohn allein verfället, und haben die Halb-Schwester, und Halb-Schwester Kinder daran keinen Theil. *V. N. W.* Quam sententiam anno 1634. d. 26. Aprilis in eadem causa approbaverunt, & anno 1637. m. Jun. in hac ipsa causa demum confirmarunt. Idem Jure † 54. Saxonico non quidem ob jus representationis, sed proximitatis, quotidie observari testatur. Georg. Schultz. *in Synops. Instit. d. 3. ord. succ. Transv. nat. & leg. lit. E. p. 263.* Quo ipso † 55. tamen calu, si soli & disparis numeri, e. g.

ex

ex uno fratre tres, ex altero quinque &c. sunt, non in stirpes, sed in capita hereditatem dividunt, per ea, quæ infra §. 8. dicta sunt.

§. VII. Gaudent & Conlangvineorum Uterinorumve prædefunctorum liberi beneficio representationis, si una cum Patruo, Amita, Avunculo aut Matertera concurrunt.

Deficientibus † 56. nimirum utrinque junctis. Auth. *Post fratres autem ex utroque parente, & eorum filios admittuntur ex uno latere fratres sororesve: cum quibus & filie eorum, si qui ex eis jam decesserint.* C. de legit. hered. N. 118. c. 3. vers. *his autem.* junct. vers. *Si autem defuncto.* qui indistincte & generaliter intelligendus. Diss. Heinr. Zoef. *comm. ad ff. tit. de suis & leg. n. 38.* ad cujus rationes in discursu. vid. insuper Forster. *de success. lib. 8. c. 9. concl. 3. n. 6.* Magnif. Dn. Richter. *d. l. n. 56. pag. 165.* Secundum † 57. quam sententiam pronunciatum in Scabinatu Hallensi m. Novembr. anno 1598. an Hans Hunkeln zu Mückern / his verbis: *So hat er seine Erbschaft uf gedachte seine Halb-Schwester/*

ster / und dann auch Jure repräsentationis, us eure Tochter, als seiner Halb-Schwester Kind, zugleich verfället. *B. R. W.* Et hoc quidem nulla † 58. adhibita distinctione bonorum, utrum ex linea paterna & materna ad defunctum pervenerint, ob textum *Nov. 118. c. 3. vers. His autem non existentibus*, generalem, nullam differentiam bonorum comminiscens, sed æqualiter fratres uteri, nos & consanguineos ad successionem fratris intestati, (& consequenter etiam eorum liberos ad successionem patris) vocantem. *Rittersh. d. c. 13. n. 10. in fin. Pingiz. qu. 14. Berl. p. 3. c. 20. § 24. n. 61.* Quam † 59. sententiam in judicando observarunt die Herren Schulthes und Schöppen zu Halle, in causa Peter Gärtners, und Oswald Birrens / in Curatel Hansen Fuchsens hinterlassenen Sohn und Tochter, contra ihre Halb-Geschwister-Kinder von der Mutter / anno 1631. d. 8. Martii, hoc modo: Daß weill nach hiesigen Land- und Stadt-üblichen Rechten der Verstorbenen Halb-Schwester-Kinder von der Mutter / Jure repräsentationis an ihrer Mutter Statt treten / und ea ratione so nahe seyn / als die Halb-Geschwistere vom Vater, so werden sie billig ad Successionem in Stirpes zugleich admittiret, und in die Erbschafft immittiret: Inmassen dann auch die Herren Schulthes und Schöppen sie alsofort immittiret haben. *B. R. W.* Eamque pariter Senatus Aulicus Illustr. regiminis Hallensis, in Appellationis instantia con-

confirmavit. Et ulterius prælaudati Domini Scabini in pronunciando secuti, anno 1634. d. 26. Julii, an Andreas Vincken und Andreas Schumannen, Diss. DD. comm. per l. 13. §. f. C. de legit. hered. de qua in discursu, vid. Gothofred. sub signo †. A. Fach. 6. contr. 5. Bach. ad Treutl. v. 2. d. 16. th. 5. C. Magnif. Dn. Ungepaur. exerc. 9. q. 7. Sane † 60. si bona quædam commodam divisionem non recipiant, illis potius à quorum Majoribus proveniunt ad judicandas putarem cum Moll. p. 2. c. 31. n. 5. & p. 3. c. 14. num. fin. In foro † 61. Saxonico præsentatio cessat, & fratres ex uno latere, fratrum ex uno latere liberos, à successione fratris penitus excludunt. vid. Carpzov. p. 3. c. 18. d. 13. Richter: d. l. n. 57. p. 165.

§. VIII. Cessat tamen jus præsentationis, si fratrum liberi non concurrant cum patruo, & c. sed ipsi soli sint.

Et quidem dispari † 62. numero, e. g. ex uno fratre tres, ex altero quinque, ex tertio sex, & c. jure etiam antiquo. Ulp. in fragm. tit. 26. §. agnatorum. 4. & in l. 2. §. 2. d. suis & leg. l. 1. §. f. Si pars hered.

F

pet.

pet. l. pen. l. fin. §. 3. C. de legit. hered. nimirum succedunt tunc liberi jure non parentis, sed proprio, quod cum ob graduum paritatem omnibus æquale sit, æquum omnino etiam est, ut ad defuncti quoque hereditatem æqualiter, & sic in capita, vel æquales portiones hereditarias succedant. Hahn. *d. t. de grad. n. 16.* verb. *quod & in liberis duorum fratrum p. 412.* Id. quod † 63. nuspiam correctum, (non obstante Auth. *Cessante C. de legit. hered.* quæ ex suo fonte *N. 118. c. 3.* vers. *Sed & tum* in discursu, explicanda. vid. Fach. *6. contr. 3.* Rittersh. *d. p. 7. c. 14. per tot.* Rimer. *dec. 8. q. 4.* Sotomaj. *d. c. 19. n. 81. seq.* Petr. Gudelin. *de jur. noviss. l. 2. c. 15.* vers. *utrum.* Magnif. Dn. Ungepaur. *exerc. 9. q. 7. in N. p. 456.* Diss. Bachov. *ad Treutl. 2. d. 16. tb. 5. B.*) Sed † 64. expressa decisione Cælareæ Caroli V. im *N. A. zu Speyer* anno 1529. Rubr. *Käys. Constit. Wie Brüder oder Schwester Kinder / ihres Waters Bruders oder Schwester verlassene Erbschaft unter sich theilen sollen / confirmatum.* Quod & in † 65. foro Saxonico minus dubii habet, Carpz. *p. 3. c. 18. def. 3.* adeo ut sententiam, qua fratrum sororumve liberis hereditas in stirpes adjudicata fuit, tanquam contra jura manifesta latam ipso jure nullam declarare non dubitarint Dnn. Scabini Lipsi. anno 1635. m. Sept. Carpz. *p. 1. c. 26. post. d. 24.*

CAPVT

CAPVT V.

DE

OBIECTO SIVE MATERIA
CIRCA QVAM OCCVPATVM EST
PRIVILEGIVM-REPRAESEN-
TATIONIS.

§. I.

Hujusmodi successio privilegiata non tantum in bonis allodialibus, sed etiam in deferendis FEVDIS observatur.

Quoad † 1. Descendentium quidem lineam textus est. *1. F. 8. junct. Nov. 118. c. 1. § 1. F. 14.* vid. Nob. Dn. Struv. *Syntagm. jur. feud. ex 9. th. 5.* Sotomaj. *d. c. 19. n. 223.* De Jure † 2. Saxonico vid. H. Pist. *p. 2. qu. 19. n. 94.* Georg. Schultz. *in Synt. feud. c. 8. n. 33. § 35.* Carpz. *p. 3. c. 29. d. 15.* Quoad lineam † 3. Collateralem fratris nimirum filios, de jure communi feudali, textus est in *2. F. 11. vers. his deficientibus*, junct. *1. F. 14. §. Si Capitanei.* Nobil. Struv. *d. exerc. 9. th. 6.* De Jure † 4. Saxonico, *Nov. El. p. 3. c. 29.* ibique Carpz. *def. 1. 2. 3. 5. § 16.*

F 2

Illud

Illud † 5. Specialitatis adhuc subest, quod (1.) huic privilegio tantum agnati, non etiam cognati, & ex iis descendentes, gaudeant, arg. 2. F. 11. junct. l. 196. de V. S. Hinc nec consanguinei fratres eorumque filii, per filios fratrum utrinque junctorum excluduntur. vid. Carpz. d. l. def. 4. nec etiam (2.) legitimati, ne quidem per matrimonium eo fruantur. 2. F. 26. §. naturales. F. M. Pol. Ordn. Cap. von Ehebruch / Hurerey / etc. §. Und ob wir wohl denen von der Ritterschafft, und andern Unsern Lehenleuten / die Ehe mit denen Personen / mit welchen sie vor der Ehe Kinder gezeuget / nicht verbiethen / so sollen doch dieselben der Lehen-Güter nicht fähig, sondern darvon ausgeschlossen seyn.

§. II. Sicut in feudis, ita etiam in emphyteusi, locum habet repræsentatio.

Quia & hæc regulatur secundum alias res hereditarias, & concedens videtur se cum Jure communi conformare voluisse, & sic repræsentationem non excludere. vid. Sotomajor. d. c. 19. n. 237. & seqq. cum citat. Corne. consil. 24. vol. 2. & cons. 131. lib. 2. Forster. l. 4. c. 14. n. 14.

§. III. Quoad delationem quoque

que Rerum Expeditiarum hujus-
modi successione gaudent agnati.

Quod de † 6. descenditibus quidem in
dubium. Carpz. p. 3. c. 38. def. 36. n. 12. § 3. Adeo
† 7. ut etiam Nepotes filii natu majoris, cum pa-
truo minore concurrentes gladium avi defuncti
præcipuum habeant. Carpzov. d. l. De fratrum
† 8. vero filiis in foro Saxonico omnino negan-
dum. Berl. p. 3. c. 24. n. 65. Carpzov. d. c. 18. d. 12.
Quamvis † 9. aliis in locis, ubi harum rerum suc-
cessio consuetudine defertur, ob Constitutionem
Carolinam hoc beneficium fratrum filiis minime
invidendum, approbarunt hoc suo pronunciato
sæpe laudati Dnn. Scabini Hallens. anno 1599. m.
Jan. an Henning Lügaw / Clausens seel. Sohn / his
verbis : Daß obberührte Representation dießfallß
Statt / bißhero auch jederzeit also tam in rebus expe-
ditoriis, quam utensilibus, nicht alleine pronounciëret/
sondern auch in den Gerichten die streitige Parthenen
dahin gewiesen worden / etc.

§. IV. Ut & Cognatæ quoad
Geradam.

Quod itidem † 10. de Descendentibus ob si-
militudinem harum rerum minus habet dubii.

Andr. Goldbeck. *tr. de Gerad. c. 5. n. 7. v. Carpz. p. 2. c. 14. d. 56. § 57.* De sororum vero † 11. filibus in foro Saxonico, quoque negandum. Goldbeck. *d. c. 5. n. 21. Carpz. p. 3. c. 18. d. 11.* Extra eum vero † 12. ob supradictam constitutionem omnino afferendum, assentientibus hac in parte Dominis Scabinis Hallens. dict. m. Jan. anno 1599. quorum verba, cum rem satis illustrent huc apponere lubet: **Obgleich die** cum consensu Procerum Imperii promulgirte Constitutio Carolina, **dadurch hiesiger Verther das Jus representationis unter Bruder und Bruders Kindern dem Juri Cæsareo und Civili verglichen / von der Gerade in specie nichts disponiret; Weils aber solche Constitution inter specialem oder singularem & generalem successionem nichts distingviret / und dann Rechtens / daß auch in statutis, privilegiis, beneficiis, sive agatur ex legis sive hominis dispositione, sive ex ultima voluntate, sive ex contractu, sive dispositio sit universalis, sive particularis, Wann auch gleich per Statutum der proximior genennet und beruffen / obberührte Representation dießfalls Statt / etc. Derowegen in den angedeuteten Fall die Schwester Töchter mit der noch lebenden Schwester zur Gerade billig verstatet und zugelassen werden / etc.**

§. V. Et jus accusandi in vindicanda nece defuncti, indeque succeden.

cedendi in Wergeldo dem Mann o-
der Sühne-Gelde.

Jure Saxonico † 13. Cognatis occisi ob inju-
riam ipsis illatam, ultra pœnam judicis arbitrariam
concessum, *Const. 11. p. 4.* arg. *L. si plures. de Accu-
sat. l. 2. §. Si simul. ibique Bart. & DD. ad L. Jul. d.
adult.* Maxime † 14. in descendantibus, utpote
in quibus æque ratio injuriæ illatæ & proximitatis,
ob repræsentationis beneficium, militat. Quam-
vis † 15. quoad fratrum liberos cum patruo concu-
rentibus, in foro Saxonico non absque ratione
dubitetur.

§. VI. Idem dicendum puta-
mus de fideicommissis familiæ,
Stamm-Gütern, so zu Erhaltung
Stamm und Nahmens verordnet.

Quorum † 16. fit mentio *in l. f. C. de V. S. l.
32. §. f. l. 69. §. 3. l. 77. §. 76. de leg. 2. l. 94. de leg. 3.
Non tam propterea quod in dubio dispositio ho-
minis æstimanda sit secundum dispositionem legis
Mantic. d. conj. ult. vol. lib. 8. t. 12 n. 32.* Quam
† 17. quod & in hisce fideicommissis successio se-
cundum dispositionem juris communis regulari ac
feri

fieri ultimique morientis persona, non ejus à quo primo bona profecti sunt, inspici debeat. *l. f. C. d. V. S. add. l. 69. §. 3. d. leg. 2.* vid. Joh. à Sande. *de probib. rer. alien. part. 3. c. 6. n. 22. & seq. cum citat. Vincent. Fufar. tr. de fideicom. subst. qu. 485. n. 1. 16.* Sotomaj. *quot. contr. c. 19. n. 139. seq. & n. 213. l. 32. §. f. d. leg. 2.* & D. Philipp. Knipschild. *tract. de fideicom. famil. cap. 9. n. 22. & seqq.* quam sententiam videntur etiam approbare Dnn. Scabini Hallens. in dicto pronunciato an Henning Lukaw, anno 1599. mens. Jan. in verb. Und dann Rechtens, daß, etc. sive agatur ex legis sive ex hominis dispositione, &c. obberührte Repräsentation Statt. Nisi † 18. certus modus & forma à testatore & fideicommissi primo institutore fuerit determinata ea enim omnino pro lege observanda. *d. l. 32. §. f. ibi: qui nominati sunt, de leg. 2.* ob quam plerique DD. Diff. vid. Knipschild. *d. c. 9. n. 1. & 44. Fach. 5. c. 85. Sotom. d. c. 19. n. 141.*

§. VII. Nec diversum in successione Ducatum, Principatum &c. obtinet.

Maxime † 19. in Principatibus, Comitatus &c. ex consuetudine divisioni obnoxii, arg. *N.*

118. c.

118. cap. 1. § 3. & R. N. zu Speyer, de anno 1529. vid. Braudlacht. in Epitom. junct. publ. lib. 2. c. 4. §. 9. § c. 5. §. 3. Sotomaj. d. c. 19. n. 132. Quamvis † 20. in Regnis, Electoratibus, Ducatibus &c. quæ divisionem, utpote rem periculossimam plane respuunt, ac soli primogenito successionem deferunt, reliquis vero fratribus, uti & fœmellis, pro regionis consuetudine honesta sustentatione, elocatione &c. prospiciunt. Braudl. d. c. 4. §. 10. § 11: Besold. *synops. polit. c. 5. §. 27. § 28.* aliud usu servetur.

§. VIII. Nec tamen ipsum Jus Primogenituræ Repræsentationis beneficium plane respuit.

Ita enim & † 21. hic filii Primogeniti ob spem in patre, ab ipso nativitatis momento in omnes descendentes radicatum, in locum defuncti parentis succedunt, jureque repræsentationis, (aut ut alii malunt transmissionis) Patruo secundogenito, etiam ætate priori, potiores existunt. Arumæ. *ad A. B. discurs. 4. thes. 5. & disc. de jur. publ. 35. c. 31. th. 8. seq.* Myns. 3. O. 22. Fach. 6. c. 2. De † 22. PP. EE. secularibus specialissima insuper extat legis vocatio in A. B. tit. 7. ibi: *Illo (primogenito) non existente,*

G

stente, ad ejusdem primogeniti primogenitum devolvatur. add. Dn. Arnold. Engelbrecht. in comm. add. t. 7. de success. in EE. ex jure primogen. An & quatenus in majoratibus obtineat. vid. Sotomaj. d. c. 19. n. 63. 86. & seq. Emanuel Costa. tr. de patruo & nepote circa majoratus success.

§. IX. In retractu consanguinitatis quoque sive legitimo privilegium repræsentationis non plane rejiciendum.

Sive † 23. bona feudalia ab agnato, sive a vita bona à proximis veniant revocanda. Fundatum † 24. namque est hoc jus in sola proximitate, quod sc. feudum vel prædium avitum potius sit transferendum ad eum, qui alias beneficio juris communis (quale etiam repræsentationis est) succederet, quam ad alium. A qua † 25. sententia non videntur alieni esse sæpe laudati Domini Scabini Hallenses in supra citato pronunciato, an Henning Witzow Clausens seel. Sohn, anno 1699. m. Jan. in verbis: Und dann Rechtens, daß auch in statutis, privilegiis, beneficiis, sive agatur ex legis sive hominis dispositione, &c. Wann auch gleich per statutum

ratum der proximior genennet und beruffen, obberührte Repräsentation dießfalls Statt, etc.

§. X. Ex quo fluit, quod & in successione delata ex consuetudine vel statuto, quo cautum, ut proximiores succedant, locum habeat representatio.

Aut † 26. enim hoc in statuto (quod in successione ante omnia attendendum Magnif. Dni Richter. *tr. de succ. præm. n. 17. 18.*) est expressum, & res dubio caret: Aut † 27. non est expressum, & semper interpretatio statutorum ita facienda, quominus lædatur jus commune, cum omnis recessus à jure communi odiosus, & strictè interpretandus. Theodor. Reinking. *de Reg. Secul. S. Imp. lib. 2. cl. 2. c. 10. n. 21. seq.* Hinc † 28. casus omissus statuto, relinquatur dispositioni juris communis, gl. fin. art. 36. lib. 1. Landr. facit. *S. Magdeb. Polic. Ordn.* in Præfat. §. Was nun in dieser Ordnung, etc. Et Const. Elect. 31. p. 2. ibi: Derowegen nach gemeinen Rechten zu urtheilen sey. Huc † 29. spectant Dnn. Hallens. jam citati pronunciati verba: Und dann Rechtens / daß auch in Statutis, &c. Wann auch gleich / etc. der Proximior genennet und beruffen / obber

obberührte Repräsentation dießfalls Statt. vid. Forster. *de success. lib. 4. c. 14. n. 16. seq. & c. 22. n. 10.* Hartm. *Pist. lib. 2. part. 2. q. 43. n. 17.* Nisi †30. tamen ex aliqua qualitate impediretur repräsentatio, e. g. si extantibus masculis fœminæ per statutum excluderentur, tunc enim neptis ex filio non repräsentaret parentem. Fular. *de fideic. subst. qu. 485. num. 56.*

§. XI. Obtinet etiam in successione ex dispositione hominis delata.

Sive †31. enim testator vocavit *proximiores simpliciter* aut *nomine colectivo*, & censetur id voluisse, quod lex disponit. Bld. *in l. si duo. d. A.H.* nimirum eos succedere secundum ordinem intestatæ successione, & sic etiam jure repräsentationis. arg. *l. 102. ibi: conjectura pietatis. de condit. & demonstr.* vid. Sotomaj. *lib. 2. controv. c. 20. n. 5 & d. c. 19. n. 299.* Fular. *d. q. 485. n. 37. 38. & 91.* Sive †32. vocavit eos *ordine successivo*, vel *secundum gradus prerogativam*, & itidem censetur se conformasse juri communi, idemque est ac si dixisset secundum juris ordinem, (secundum repräsentationem) instituendam esse successione. *Dd. in l. f. C. de V.*

de V. S. præsertim cum in dubio judicandum sit pro
 jure repræsentationis juxta. Decian. *conf. 50. n. 38.*
lib. 3. Fusar. *d. q. n. 26. 29. & 50.* Sotomaj. *d. c. 19.*
n. 315. Quod & † 33. dicto pronunciato approba-
 re videntur Dn. Scabini Hallenses, in verbis :
 Und dann Rechtens, daß auch, etc. sive agatur ex
 legis sive hominis dispositione, sive ex ultima vo-
 luntate &c. obberühete Repræsentation dießfallß
 Statt, etc. Sane † 34. si testator expressis plane
 verbis contrarium, non tan en contra leges, dis-
 posuerit, quin tunc omnis successio ex voluntate
 ejus æstimetur, vix dubitandum. Sotomaj. *d. c. 19.*
n. 282. Quid † 35. enim si testator nepotes ex præ-
 mortuo filio, una cum filio vivo ; aut si fratrem, fra-
 trisque præmortui filios æque, & sic in partes æqua-
 les instituat, annon dum æqualiter & in capita, non
 attento Jure repræsentationis, quod in stirpes tal-
 tem eos admittit, succedant ? ita sane deciditur *in*
l. interdum. 13. de Hered. instit. Welenb. *comm. de*
hered. instit. n. 6. in fin. ibique Bachov. *lit. B. & C.*
 & Hahn. verb. *etiam casu. & verb. quod tamen non*
obtinet.

§. XII. Usus similiter juris re-
 præ.

G 3

præsentationis conspicitur in materia Tutelæ & Curæ.

Non tantum quod † 36. nepotes ex filio defuncto beneficio repræsentationis avo excusationem tutelæ præbeant. *pr. f. ibi: nepotes ex filio. l. 2. §. 7. ibi: illius locum supplent. de Excus. Tut.* Sed & quod † 37. una cum patruis, si perfectæ ætatis sint, onus Tutelæ legitimæ subire cogantur. *arg. §. f. de legit. tut. junct. l. 10. d. R. f. l. 1. ff. Auth. sicut hereditas. C. d. tit. N. 118. cap. 5. ibi: secundum gradum & ordinem, quo ad hereditatem vocatur, aut solum, aut cum aliis, etiam functionem Tutelæ suscipere.*

Similiter † 38. si ABSENTI, de cujus vita vel morte non certo constet, hereditas deferatur, nepotes aut filii fratrum, cum Patruis ad administrationem, Curam atque Custodiam bonorum tantquam (ob repræsentationi privilegium) æque proximi admittuntur. *l. 73. d. R. f.* Sub † 39. idonea tamen cautione in loco bonorum sitorum, autoritate & confirmatione Magistratus. *vid. Pingiz. q. Sax. 5. Magnif. Dn. Richter. p. 1. decis. 65. n. 4.*

§. XIII. Non minus in onere Alimentandi suum sortitur usum.

Cum

Cum † 40. enim secundum naturam sit, quod onus sequatur eum, qui aliquod sperat emolumentum. *l. 10. d. R. F.* onusque alimentandi tam in sanguinis, quam successionis jure consistens. *l. 5. §. 1. d. liber. agnoscend.* eodem jure, quo successio, secundum paritatem & proximitatem graduum, deferatur, Carpz. *in usu arbor. consangv. disp. 2. c. 7. posit. 34. n. 106.* utique & nepotes una cum patruis suis hoc onus subire coguntur.

Ex quo porro † 41. deducimus ONVS quoque CVSTODIENDI FVRIOSVM. Iphis perinde, ut jus alimentandi, quod cum eo concurrat, si furiosus ex propriis, ut sustentari queat, non habeat, Carpz. *d. cap. 7. pos. 36. n. 129.* incumbere, ex Rescripto sc. D. Marci & Commodi. *in l. 14. ibi: Et securitatem proximorum perinebit. de officio Præsidis.*

§. XIV. Similiter in Jure Patronatus Ecclesiastico Repræsentatio admittenda.

Quando † 42. scil. Jus patronatus ad plures devenire potest, cum & hoc jure hereditario censeatur. DD. citati. Sotomaj. *d. c. 19. n. 250. v. n. clem. 2. d. jur. patron.*

Secus

Secus † 43. si jure, ut vocant Majoratus, defertur, ita ut ad unum duntaxat possit ac debeat venire, nec plurium concursus admittatur, tunc enim juxta eorum quoque successionem defertur. Sotomaj. d. c. 19. n. 251. Non obstante l. 23. §. 1. d. bon. libert. l. libertinus. §. 11. eod. Jung. l. 3. §. 7. de legit. tutorum.

CAPVT VI.
DE
FINE ET EFFECTV BENE-
FICII REPRESENTA-
TIONIS.

§. I.

Primarius hujus beneficii finis atque effectus est, quod liberi, qui alias ob gradum natalitium remotiorem excluderentur, per illud parentis locum ingrediantur, omnesque qualitates & privilegia assumant, quæ competebant gradui, in quo

quo erat pater, non aliter, quam si
omni tempore vere fuerit ille met, in
cujus gradum succedunt.

Quæ † 1. paterna qualitas consistit tam in
commodis, quam incommodis hereditariis :
Commoda † 2. VEL CONTINENT (1.) EA, QUAE
DEFUNCTI FVERVNT, DVM VIVERET; veluti
Dominium rerum hereditiarum. *l. 37. de A. H. l. 1.*
1. de bon. poss. vel aliud jus in re, l. 23. pr. A. H. l. 1. Si
ager veët. l. 49. §. 1. d. V. S. l. 52. A. R. D. Actiones
§. 1. J. de perp. & temp. act. & Exceptiones. l. 9. de
probat. l. f. d. Exc. rei vend. non tamen possessio,
nisi naturaliter apprehensa. d. l. 23. A. P. l. 30. §. 5.
eod. l. 20. de usuc. Gail. 2. O. 129. Myns. 3. O. 35. nec
jus personale. l. 169. d. R. J. VEL (2.) COMPRE-
HENDIT EA, † 3. QUAE POST MORTEM DEFVN-
CTI ACQVIRVNTVR HEREDITATI IACENTI,
quæ personæ defuncti vicem sustinet. §. 2. l. 31. de
hered. instit. l. 34. l. 54. l. 61. A. R. D. l. 138. d. R. J.
VEL † 4. complectitur (3.) EA, QUAE ADITAM
HEREDITATEM SEQVUNTVR, ut jus ACCRE-
SCENDI. Si ergo patruī omiserint adire heredita-
tem, vel morte, aut alia ratione impediti fuerint,
quo minus adeant, tunc enim pars deficiens, ne

H

fiat

fiat caduca. *contra t. t. C. de caduc. tell.* vel ex parte tantum defunctus representetur, nepotibus vel fratrum filiis, qui suam portionem ob jus representationis agnoverunt, accrescit. arg. *l. 9. de suis. & leg. l. 1. §. 9. SCt. Tert. l. 3. inf. de bon. poss. §. 4. F. de S&A. Orph. l. 53. §. 1. A. H. l. 12. pr. d. bon. poss. contr. tabb. Joh. Sjev. de jur. accresc. lib. 2. c. 4.* Incommoda ¶ 5. consistunt in exsolutione æris alieni tam defuncti, quam hereditatis nondum aditæ, puta vel ex administratione negotiorum hereditariorum, vel ex funeratione defuncti, pro portionibus hereditariis. arg. *l. 2. C. d. hered. a&T. l. 6. C. fam. eriscund.* Non ¶ 6. autem obtinet in his casibus, & quoad ea, in quibus pater ipse à filio representatur, non successisset, non enim potest plus juris esse in filio, tanquam causato, quam in patre causante. Sotomaj. *d. c. 19 quot. contr. jur. n. 64.*

§. II. Ex quo secundus hujus beneficii fuit effectus; quod divisio non fiat in capita, sed in stirpes.

Cum ¶ 7. enim Nepotes, fratrumque filii in ulteriori gradu natalitio constituti, ex privilegio & benigna fictione legis parentum suorum gradum sustineant, *d. §. 6. F. d. her. ab int. N. 118.* æquum
omni.

omnino fuit, ut illam solummodo partem adipiscantur, quam eorum pater, si superstes esset, habiturus fuisset, cum surrogatum sapiat naturam ejus in cuius locum surrogatur.

CAPVT VII.

DE

REMEDIIS, QVIBVS FINEM
PRIVILEGII REPRÆSENTATIO-
NIS CONSEQVNTVR.

§. I.

Ut vero finem Repræsentationis, jus sc. hereditarium, privilegio huic honorati assequantur, quibus mediis id consequi possint, novisse oportet.

Et si †1. amica petitione id obtinere possint, consultius est ea uti; Si vero hac suum impetrare jus hereditarium nequeunt, lex †2. actionibus, aliisque remediis experiri, aut se tueri jubet. *l. 13. quod met. caus. l. 1. C. de Execut. rei jud. l. 1. d. Exceptione.*

H 2

§. II.

§. II. Idque pro diversitate
causarum fiet in iudicio vel Posses-
sorio, vel Petitorio: Illud tendit vel
ad retinendam Possessionem here-
ditatis, quam jam tenent; & gau-
dent duplici via, Exceptionis, siqui-
dem in iudicio agit adversarius.

Possessorium † 3. si competat, utilius est ut
prius intentetur, *l. 24. d. R. V.* quia longe commo-
dius est quem possidere & adversarum ad onera
petitoris compellere, quam alio possidente petere.
§. *Commodum. a. f. d. interdicit.* Exceptio † 4. da-
tur ex variis causis possidentibus. *l. 1. §. 4. uti possid.*
Vel † 5. enim Nepotes injuste sunt præteriti aut ex-
hereditati, & gaudent Exceptione INOFFICIOSI
TESTAMENTI, adversus petentem hereditatem ex
testamento. arg. *l. 8. §. 12. de inoff. test.* cum enim
ipsis detur actio. *l. 7. C. eod. §. 1. ff. eod. junct. l. 220.*
pr. d. V. S. multo minus exceptio deneganda erit.
l. 1. §. 4. d. superfic. l. 156. de Reg. Jur. c. 71. eod. in 6.
Vel † 6. etiam testamentum ex quo scriptus heres
petit hereditatem, est ipso jure nullum, & tuti sunt
Exceptione NULLITATIS.

§. III.

§. III. Si vero extra iudicium heredes privilegiatos in possessione rei hereditariæ molestat, nihil ipsis proderit Exceptio, sed ad *Interdictum* UTI POSSIDETIS & UTRVBI ipsis erit confugiendum.

Quorum † 7. hoc de rebus hereditariis mobilibus §. 4. d. *interd. l. un. utrub.* Illud vero directo de rebus immobilibus. l. 1. §. 1. 3. *pen. uti poss.* per consequentiam etiam de mobilibus. l. 3. §. 1. *seq. cod. l. 1. §. utique de vi arm.* & utiliter de incorporalibus & juribus datur. l. 8. §. 5. *Si serv. vind. l. 3. §. 2. l. f. uti poss.* Estque † 8. hoc iudicium hodie Ordinarium, vel Extraordinarium seu Summarissimum. Hoc (quod & Momentaneum aut Afinarium dici solet, quod proficit etiam detentoribus, qui Afiniam possessionem habere dicuntur; fundamentumque † 9. suum in O. C. p. 2. tit. 21. & recepta Curiarum consuetudine habet) obtinet, vel † 10. cum possessio ante aditionem hereditatis vacat, & utraque pars prætendit se heredem, proptereaque possessionem apprehendere cogitat, neuterque actor, sed uterque reus esse vult: Vel

H 3

† 11.

† ii. etiam cum possessio quidem non vacat, uterque tamen hereditatem adiisse & consequenter de presenti se possidere contendit. *l. i. §. 3. uti possid.* Tunc † 12. officium competentis iudicis implorant, ac post emissum prævium monitorium, quod citationis instar esse solet, causæque summariam saltem cognitionem. Inhibitionem sub certa pœna pecuniaria de non turbando in possessione, interdum cum, interdum etiam sine clausula, ut vocant, justificatoria, impetrant, qua inhibito potestas datur iudicem plenius informare, deq; jure possessionis clarius docere, priusquam per confirmationem inhibitionis, in iudicio momentaneo definitive pronuncietur. Inhibitioni hujusmodi si inhibitus, prout necesse habet, non pareat, ulterioribus ad hoc adigi potest interdictis, quibus multa prior semper duplicatur, ad quorum exsolutionem inhibitionibus confirmatis, inhibitus, absque tamen ulteriori expensarum refusione, est obstrictus. Decreta † 13. hoc modo inhibitione, aut per sententiam, quæ semper super ea expectanda, pro valida declaratur, inhibitoque in vim simplicis citationis resolvitur, & impetrarunt quod petierunt, ita tamen, ut tanquam victores in hoc iudicio Rei fiant in petitorio vel possessorio ordinario, ad quod victus, reinterim

rim in pristino possessionis statu remanente, remitti solet, ut ibi jura sua plenius deducat. Carpz. *tol. diff. de inhibito*. Aut § 14. per sententiam rursus relaxatur inhibitio, & necesse habent jus suum hereditarium ulterius in Ordinario vel Possessorio, vel Petitorio, Hereditatis Petitionis, quod non tantum successive, sed & alternative § 15. cumulare hodie utiliter possunt. arg. *l. 18. §. 1. d. vi arm. l. 12. §. 1. A. P. c. pastoralis. §. X. d. caus. poss. & propr. Mindan. de interd. comm. 20. n. 12. seq. Fach. 8. cont. 6. Mynf. 6. O. 93. Magnif. Dn. U. gep. ex 16. qu. 1. cum eo que Ludwell. disp. ad J. 17. th. 5. G. in fin. tanquam Actores deducere.*

§. IV. Amissam Possessionem hereditatis recuperant, VEL per remedia juris civilis, tum privata, *per interdictum Unde Vi*, ex constitutionibus Divalibus *L. si quis in tantam 7. C. unde vi* : tum publica, *ex L. Ful. de vi* : & cæteris paribus *ex Constit. Imp. de pace publ.* VEL Canonici, per plenissimum remedium *c. redintegrandi. 3. q. 1.* Quam-

Quamvis † 16. enim spoliante[m] in continen-
 ti (quamprimum possunt) de possessione rerum
 hereditariarum vicissim dejicere possint. arg. l. 3. §.
 9. l. 18. d. vi arm. Cammer-*Ger. Ordn. p. 2. tit. 9.*
 §. 1. in f. Gail. d. PP. c. 16. n. 10. Attamen † 17.
 quando ob resistantiam inuasoris armatam (per
 quam satis probatur dejectio) hoc propria autho-
 ritate non audent perficere, legitimis remediis, in
 odium spoliatorum hinc inde inventis, ante omnia
 sunt restituendi. c. in literis s. & c. conquere[n]te. 7. X.
 de restit. spoliat. Adeo † 18. ut nec inviti (secus e-
 nim si vel expresse vel tacite consentiant. c. 1. ibi :
 consentiente. de restit. spol.) exceptione domini vel
 juris hereditarii, quamvis in continenti probari
 possit, impediuntur. arg. l. 12. pr. d. A. P. l. 1. C. si
 per vim. ibi : sine ulla. l. 14. C. de Agric. & Censit.
 Treutl. 2. d. 25. th. 5. G. In possessionem † 19. qui-
 dem rei immobilis per interdictum vnde vi. l. 1.
 §. 1. 3. 4. de vi arm. qua in simul omnia, quæ per
 dejectionem aut spoliacionem amiserunt, recupe-
 rant. §. 6. de Interdict. l. 1. pr. & §. 32. d. vi arm. Et
 † 20. quamvis dispositio l. 7. c. vnde vi. in foro
 Saxonico usu non servetur. Carpz. p. 4. c. 35. d. 11.
 sed ejusmodi invalores arbitrarie puniantur. Carp-
 zov. d. l. def. 12. Attamen † 21. quin ex l. IVL. DE

VI PVBL. & privata criminaliter quoque, aut si per vim armatam, coactis & coadunatis ad hoc hominibus dolo malo dejecti sint, etiam ad pœnam violatæ pacis publice agere possint, non ambigimus. confer Magnif. Dn. D. Jacob Unruhen *Consil. Saxo Magdeb. dign. promotorem nostrum obsequiose de venerandum, in diff. de Turbatoribus PP. th. 40.* Sane † 22. Jure Can. saluberrimo remedio **CANON REDINTEGRANDAE** sine ulla distinctione plenissime adjuvantur. Menoch. *recup. rem. 15.*

§. V. Nondum acquisitam Possessionem bonorum hereditarium, si detinetur ab aliquo pro herede, aut possessore adipiscunt per Interdictum **QVORVM BONORVM**: Si vero legatarius aut singularis fideicommissarius insciis nostris, rem sibi legatam occupaverit, per interdictum **QVOD LEGATORVM.**

Cum igitur certum sit adversarium vel † 23. falso se jactare heredem, cum tamen non sit, vel
 I † 24.

† 24. etiã nullo jure aut titulo defuncti bona temere occupasse, aut dolo possidere desisse. §. 3. d. *interd. l. 2. quor. bon.* heredes nostri possessionem bonorum, quæ defunctus tempore mortis habuit, per interdictum *QUORVM BONORVM* (utiliter saltem) consequuntur. *l. 1. C. b. t. Oldend. cl. 2. act. 1. Wesenb. b. t. n. 7. ibique Hahn. verb. directa quidem B. P. § n. 2. verb. etiam ad res particulares. Treutl. 2. d. 25. th. 1. I.* Nisi † 25. possessor justam possessionem, vel etiam dominium, utputa, quod rem controversam depositi, Commodati &c. titulo apud defunctum habuerit, vel etiam se quoque heredem, & quidem proximiorum esse, in continenti probare possit. *Treutl. d. th. 1. N. O. l. f. ibi: frustrationibus. C. b. t. Hahn. d. l. n. 6. verb. Exceptio dominii.* Et hoc † 26. quidem sive ex testamento sive ab intestato hereditariarum rerum possessionem petant, quamvis priori casu ipsis plenius forte consultum per remedium *l. f. C. de Edict. D. Hadr. toll.* à Magnif. Dn Richtero singul. differt. explicatum. Legatæ rei † 27. dominium, quamvis statim à morte testatoris, legatario non repudianti, ipso jure acquiratur. *l. 80. d. leg. 2. l. 3. §. 2. d. leg. 3. l. 5. §. 1. qu. dies leg. l. 64. d. furt.* adeo ut & nondum agnitum ad heredes ejus, dummodo post testato-

statorem decefferit, transmittat. *l. un. §. 5. d. ea duo*
coll. l. 77. §. 3. d. leg. 2. Carpz. p. 3. c. 14. d. 23. At-
 tamen † 28. neque officio judicis, *Carpz. p. 3. c. 13.*
d. 31. necum propria autoritate incio herede, sibi
 ipsi quasi jus dicere, rei que legatæ possessionem,
 potissimum ob Falcidiæ detractionem. *l. 1. §. 5. ff. l.*
un. C. quod leg. *Carpz. d. c. 13. d. 30. n. 6.* æs heredita-
 tis alienum. *Nov. 1. c. 3. inf. Treutl. 2. d. 25. ib. 2. A.*
Carpz. d. l. n. 8. & interdum ob electionem aut a-
 liud interesse heredis, rem legatam ei de facto non
 ablatam esse. *Carpz. d. l. n. 9.* occupare potest. *l. 1.*
Et t. t. ff. C. quod legat. Quod † 29. si contra
 fecerit legatarius, siquidem hereditas jamdum ab he-
 rede adita fuerit, ab omni suo jure cadit, juxta DD.
in l. 5. C. de legat. vid. P. Fr. Mind. de interd. tit. 17.
n. 19. seq. Sin nondum adita, jus suum & actionem
 quidem salvam retinet. *l. 1. §. 2. quod leg.* Posses-
 sionem tamen cum fructibus *l. 3. d. interdicit.* heredi
 restituere tenetur, quod si non faciat, condemna-
 bitur in id, quod interest heredis. *l. 2. §. 2. d. t.*
Carpz. d. l. n. 5. Idem † 30. obtinet, si incertum
 sit, utrum pro legatario, an pro herede, aut pro
 possessore possideat adversarius. *l. 1. §. 4. quod*
legat.

§. VI. Quod si nulla via pateat nostris ad nanciscendam Possessionem hereditatis, necesse habent, se ad ipsum PETITORIVM convertere, deque competentis actionis investigatione, concursu & cumulatione deliberare ; Et ne frustra experiantur, ante omnia inquirere, an is cum quo instituere satagunt actionem, possessor sit, vel dolo possidere desierit.

Arg. l. 36. de Rei Vind. Ad hunc usum olim erant ACTIONES † 31. INTERROGATORIAE, quæ per libellum & L. C. solenniter proponebantur, tot. tit. D. de interr. in jur. quæ tamen in desuetudinem abierunt. l. 1. §. 1. l. pen. dict. tit. & solo iudicis officio ad præparandum iudicium expediri cœperunt. dd. ll. Schottan. exam. jur. bic.

§. VII. Præparatum hoc modo iudicium Petitorium, peragunt
No.

Nostri, per Petitionem Hæreditatis, juncta interdum Querela inofficiosa.

Qua utuntur † 32. Nepotes injuste exhæredati vel præteriti, §. 1. l. 1. junct. l. 220. pr. V. S. l. 7. C. de inoff. testam. intra quinquennium ab adita hereditate, petentes testamentum tanquam inofficiosum rescindi. N. 115. c. 3. in fin. Auth. ex causa. C. de liber. præter. Et (cumulata nimirum successive Herpetitione) se ab intestato heredes declarari, hereditatem sibi pro sua parte adjudicari, reumque ad eam cum omni causa restituendam condemnari. l. 8. §. pen. l. 20. ibique gl. & Brt. de inoff. Aut si incerti sint, fallumne, an inofficiosum testamentum dicere debeant, cum querela hac, ratione incertitudinis, FALSI quoque ACCVSATIONEM alternative conjungere possunt; dummodo protestentur, ipsos contentos fore, si hereditatis quantum ex altera consequantur. arg. l. 1. §. 4. quod legat. Et quia † 34. ante aditam hereditatem non nascitur querela l. 8. §. 10. ff. l. 36. §. 2. C. de inoff. testam. poterunt, si scriptus heres aditionem nimis differat, OFFICIUM IUDICIS IMPLORARE, ut certum ei constituat tempus, intra quod hereditatem vel ad-

eat, vel repudiet, quo elapso, aut ad adeundum
 compellatur, aut prorsus repellatur. *l. 36. §. 2. C.
 eod. Oldendorp. cl. 5. ad. 2. n. 10.* Et hæc quidem
 † 35. quoad Nepotes aliosque privilegio nostro
 donatos descendentes ita se habet: Quoad † 36.
 fratrum vero filios admodum dubitatur; quamvis
 enim fratres & sorores consanguinei, non item uteri-
 rini, beneficio querulandi secundum quid & certo
 tantum casu sint donati. *l. 27. C. d. inoff. test.* Atta-
 men † 37. quia exceptis fratre & sorore consangui-
 neis nemo eorum, qui ex transversa linea veniunt
 ad inofficiosi querelam admittuntur. *l. 21. l. 27. C.
 §. 1. J. dict. tit.* melius utique ex communi DD. len-
 tentia faciunt fratrum liberi, si se sumptibus inani-
 bus non vexat, cum obtinere spem non habeant,
 ut loquitur Ulpian. *in l. 1. ff. d. i.* add. Myns. *ad d.
 §. 1. J. verb. soror autem.* & Schneidw. *n. 15.* Treutl.
1. d. 13. th. 4. C. N. Reusner. tr. de testam. c. 24. n. 36.
 cum exceptio firmet regulam in non-exceptis, *per
 vulg.* Id quod adeo † 38. verum purant DD. ut
 nec cum patruis, qui per querelam testamentum
 impugnarunt, & sic hereditatem ad causam inte-
 stati redigerunt, simul jure representationis admit-
 tantur. Vultej. *ad d. pr. J. n. 8. §. 9.* Treutl. *d. th. 4.*
 D. Aumæ. *exerc. 10. th. 16.* Sed eorum portio,
 penes

penes heredem scriptum remaneat. Et hæc quidem est comm. fere DD. opinio, quamvis † 39. forsan contrarium ob privilegium repræsentationis, iplis circa annum DXLIV. & sic post dd. text. concessum, non absurde defendi possit. Sane † 40. quin stante etiam communi, de fallo per accusationem criminis, vel etiam de nullitate testamenti queri possint, non est dubitandum. *d. l. 21. C. de inoff. Test.* N. Reufner. *d. c. 24. n. 35.* Imo † 41. & iure transmissionis eos ad querulandum hoc casu admitteri, æquitatis est. arg. *l. 36. §. f. ibi: ad posteritatem suam C. de inoff. test.* Plenius † 42. igitur consultitur Nostris, per HEREDITATIS PETITIONEM. *l. 1. l. 3. ibi: ex constitutionib. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. de Her. pet. tot. tit. si pars her. pet.* Tum † 43. adversus erronee putantes, vel per mendacium contententes se heredem ejus, cujus hereditas petitur, cum tamen revera non sit. *l. 9. l. 11. d. t. Tr. 1. d. 14. lb. 12. C. Hahn. pag. 389.* Tum † 44. adversus omnes, qui ex invalido titulo res hereditarias scienter possident. *l. 13. §. 1. eod. Treutl. thes. 13. quive interrogati nullam aliam possessionis causam prætendunt aut præendere possunt, quam quod possideant. l. 11. §. 1. l. 12. l. 13. pr. eod. aut dolo possidere desierunt. l. 13. §. 14. d. t. l. 27. §. 3. d. R. V. l.*

V. l. 31. 150. d. R. J. vel ignorante Actore eum ab initio non possidere, liti saltem se obtulerunt. d. l. 13. §. 13. l. 45. d. H. P. Oldend. cl. 5. act. 5. Mediante qua ex † 45. jure hereditario petunt; se heredes declarari: Daß (defunctus) seine Verlassenschaft nach Erbgangs-Recht us sie jure repräsentationis verfället, & proinde hereditatem sibi pro sua parte, quod † 46. ex eorum, non possessoris jure merendum. l. 10. d. l. 1. §. 1. seq. si pars hered. pet. restitui petunt.

§. VIII. Quia † 47. vero per Hereditatis petitionem liberationem à communione non possunt consequi, cum ad officium judicis nihil amplius pertineat, quam ut partem hereditatis pro indiviso ipsis restitui jubeat. *l. 7. si pars hered. pet. nemo autem invitus cogi possit, ut in communione, quæ rixas excitare solet. l. 77. §. 20. d. leg. 2. persistat. Carpz. p. 3. c. 15. d. 43. cui tamen non aliter, quam per divisionem expressam, aut tacitam subveniri potest. l. pen. C. comm. divid. l. 45. de pact.* Hinc & Nostris liquidem † 48. inter ipsos CONSENSU EXTRAJUDICIALI, quod pium. *l. fam. ercisc. Dn. Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 1. def. 135* convenire nequeat, FAMILIAE ERCISCVNDAE judicio, vel † 49. per officium judicis, leu Arbitrorum divi-

divisioni datorum. *d. l. 7. l. 16. 26. 43. 55. dict. tit.* qui singulis heredibus pro rata singulas partes adjudicant, & si unius pars in aliquo præponderare videatur, vel etiam res individua adjudicanda, eundem alteri ad certam pecuniam solvendam condemnat. §. 6. *J. d. off. jud. l. 36. Fam. Ercisc.* Vel † 50. etiam si necessitas requirit, per sortem consulitur. *l. 5. fam. ercisc. l. 3. C. comm. d. leg. l. 2. C. quando & quib. 4. pars deb.* Carpz. *p. 3. c. 15. d. 1.* Quibus modis divisione facta, dominium, siquidem defunctus ipse Dominus fuit, statim in accipientem transfertur. §. *f. J. de off. jud.* Alioquin † 51. cæteri de Evictione, etiam sine speciali conventionione pro rata tenentur *l. 14. C. fam. ercisc. Treutl. 1. d. l.*

§. IX. Et † 52. cum hoc iudicium semel tantum intentari possit, *l. 20. §. 4. fam. ercisc. N. O. l. 1. C. eod. vid. Hahn. p. 453.* consulitur ulterius Nostris COMMVNI † 53. DIVIDENDO iudicio, si forte post divisionem hereditatis per iudicium familiæ erciscundæ, indivisum quid esset relictum. *d. l. 20. §. 4. Bach. ad Treutl. d. d. 12. th. 11. B.*

§. X. Antequam † 54. autem hereditatem cum effectu petere possunt, necesse habent ante omnia ea, quæ pater eorum, cujus locum repræsentant, à defuncto accepit ad eosque pervenit, (Se-

K

cus

cus † 55. enim si paternam hereditatem repudiaverint. arg. *l. 1. 2. §. 2. l. §. 23. de collat.* Carpz. *p. 2. c. 35. def. 13. n. 4.* junct. *c. 11. def. 33. & 34.*) in hereditatem communem conferre, ne † 56. ipsis vel plane denegentur actiones hereditariae, vel tamdiu Exceptio non factae collationis, litis ingressum impediens, obftet. *l. 1. §. 10. & 12. l. 2. §. 7. l. 7. de collat. l. 11. l. 12. C. eod. l. 1. §. 16. de conjung. cum eman. Vvesenb. de coll. ibique Hahn.* E contra † 57. & ipsis una portio à coheredibus confertur, quasi omnes unus essent. *d. l. 7.* quam & ipsam per IMPLORATIONEM OFFICII IUDICIS consequuntur.

CAPVT VIII.

DE

PROBATIONIBVS.

§. I.

Cum in † 1. probatione tota causarum virtus, pondusque litium ac controversiarum exitus consistat, praecavendum est ei, qui praedictis remediis experiri desiderat, ut intentionem suam legitime probet, quod generatim fieri potest, si † 2. probet I. SE ESSE DEFUNCTI AGNATVM VEL COGNATVM. *c. 47. X. de Testib.* ista enim qualitas est causa successionis. *Malcard. de probat. concl.*

concl. 73. & concl. 98. Et † 3. quidem II. LEGITIMVM. Mascard. d. concl. 73. concl. 69. 409. 410. 411. 668. 787. Menoch. 2. pref. 51. III. PROXIMIOREM, Fach. 6. c. 43. & talem † 4. cui privilegium representationis indultum, siquidem cum alio consanguineo concurrat. vid. Forst. de success. lib. 3. c. 30. axiom. 6. n. 22. 23. Mascard. concl. 1245. cujus probationis difficultati, vel remedio publicæ citationis, vel cautionis de restituendo succurritur. Bachov. ad Treutl. v. 1. d. 14. thes. 7. Proximitas † 5. autem ista judicatur à tempore mortis in causa intestati, in causa vero testati à tempore destituti testamenti. Forst. d. l. n. 14. 15. Et † 6. tandem IV. EI IVS. SVCCEDENDI jam esse delatum. arg. l. 19. d. A. H. l. 21. §. 2. l. 39. eod. puta, vel cum cujus hereditatem petit, vel etiam gradu notorie præcedentem & forte absentem, revera esse mortuos. vid. l. f. C. de S. S. Eccles. Mascard. concl. 1073. 1074. 1075. 1076. Brt. tr. qualiter mors probetur. Seb. Medic. tract. Mors omnia solvit. pr. vers. septimo præmitto. Carpz. p. 1. c. 10. def. 37. 38. & p. 3. c. 15. d. 57. n. 14.

§. II. Non † 7. tamen tenetur probare defunctum intestato decessisse, Fach. 6. c. 46. cum hoc in dubio præsumatur. Treutl. 2. d. 17. ib. 1. D. ibique Bachov. verb. mortuus ab intestato præsumitur. N.

O. l. g. C. de collat. onusque probandi in contrarium afferentem transferat. Mascard. *concl.* 937. & 1352. Menoch. 4. *præs.* 1.

CAPVT IX.


AFFINIA ATTINGENS AT-
QVE CONTRARIA.

Cum jura ita sint constituta, ut tandem etiam amitti possint atque dissolvi, igitur CONTRARIA quoque, quibus modis nimirum Privilegium nostrum TVM COMMITTENDO, omnibus † 1. sc. modis quibus se indignum reddunt successioni; *v. tot. tit. D. & C. d. bis q. ut indign. aufer.* TVM OMITTENDO, si † 2. scil. voluntarie exercitium hujus Beneficii, cum tamen eo uti potuissent, neglexerint, aut ei renunciaverint, vel etiam hereditatem intra præstitutum tempus, beneficio hujus privilegii adire omiserint, AMITTATUR: Ut & † 3. TRANSPOSITIO IVRIS SAXONICI, fratrum nimirum ex uno latere in remotiorem gradum, quam Jus Civile DVPLICITATEM VINCULI vocat: Sicut non minus affine † 4. beneficium TRANSMISSIONIS, & alia accuratiori tractatione digna, attingenda forent; sed receptui, ob alia negotia festinanti, canendum.

SIT

IESV CRVCIFIXO HONOR.

IN-



I N D E X

RERVM PRAECIPVARVM.

CAPVT I.

INTRODVCTIONIS LOCO GENERALIA QVAEDAM SVCCESIONIS LEGITIMAE COMPREHENDENS.

§. I. Hereditas quid? Est duplex, pag. 3. Intesta-
tus, quis? ib. §. II. Testamentaria, quomodo quo-
que sit legitima? p. 4. §. III. Quid juris circa legitimam.
p. 4. seq. §. IV. Jura Suor. Consanguineor. & Agnato-
rum ex L. XII. adducuntur, p. 5. §. V. Item ex Jure Præ-
torio, p. 6. Bonorum possessor, quis? ibid. §. VI. Ex
Constitutionibus Imperator. Jura Descendentium, §. VII.
Ascendentium, & §. VIII. Collateralium, p. 6. & 7. Etiam
Conjugum considerantur, pag 8. §. IX. Prætor varios
casus considerat, p. 8. Successio jure civili, ibid. §. XII.
Ex moribus, p. 9. Et §. XIII. jure Fisci pertractatur, p. 9.
§. XIV. Successio jure proprio, & jure representationis
fititur, p. 9. 10. Et dividitur in capita ac in stirpes, p. 10.

CAPVT II.

^{D E} ORIGINE, NOMINIS NOTATIONE, E- IVSQUE HOMONYMIA ET SYNONYMIA.

§. I. Origo beneficii representationis quoad descen-
dentes, p. 11. Quoad collaterales, §. II. p. 12. introdu-
ctum, auctum, approbatum & renovatum, p. 13. §. III. & IV.
Etymol. Homon. & Synonymia reperitur, p. 14. & 15.

CAPVT III.

^{D E} DEFINITIONE, DIVISIONE AC CAUSA EFFICIENTE.

K 3

§. I. Re-

§. I. Repraesentationis definitio, p. 16. 17.

§. II. Divisio non obtinet inter Ascendentes, p. 18. 19.

§. III. Causa efficiens privilegii repraesentationis sita est in fictione juris translativa, p. 19. & 20.

CAPVT IV.

QVAENAM PERSONAE, QVIBVSVE IN CASIBVS, BENEFICIO REPRÆSENTATIONIS SVCCEDANT.

§. I. Descendentium privilegium describitur jure communi, Saxonico, p. 20. 21. Et quidem indistincte, ib. Posthumis, p. 21. Putativo ex matrimonio, ex Sponso, ante nuptias concepto, legitimatis per supsequens matrimonium, p. 22. Hodierna Archi-Episcopatus Magdeb. dispositio, p. 23. Olim quoque observata, ibid. De legitimatis per rescriptum agitur, ibid. Dispositio Archi-Episcopatus Magdeburgici, p. 24. Distinctio inter diversarum nuptiarum descendentes, p. 24. & seq.

§. II. Inter Collaterales, fratrum liberis, filii ac filiarum tantum, p. 25.

§. III. Casus I. p. 26. judicatur juxta Saxonicum, p. 28.

§. IV. Casus II. p. 29. contrarium eod. jure consid. ib. Archi-Episcopatus Magdeb. hoc casu observatio, pag. 32. Jus retorsionis utitur, p. 33. Etiam in Archiep. Magd. ib. Casus III. reperitur p. 34. seq.

§. V. IV. Casum beneficii repraesentationis sistit, p. 35. Jure communi & Archiep. Magdeb. usu servatur, ib. Tamen limitatur, p. 36. An Jure Sax. hoc benef. cessat, p. 37.

§. VI. V. Casus proponitur, & juxta jus comm. & Archiep. Magd. dijudicatur, p. 37. & 38. Idem jure Saxon. comprobatur, annexa declaratione, p. 38.

§. VII. Beneficium repraesentationis consanguineorum

rum & uterinorum consideratur, p. 39. Jure comm. & Archiep. Magd. ib. Echoc absque bonor. distinct. p. 40. §. VIII. Soli fratrum liberi, p. 41. J. comm. antiquo, ibid. Non correcto, p. 42. Sed confirmato J. & Sax. ib.

CAPVT V.

DE

OBIECTO SIVE MATERIA CIRCA QVAM OCCVPATVM EST PRIVILEGIVM RE-
PRAESENTATIONIS.

§. I. Obtinet in bonis Allodialibus & Feudalibus, p. 43.

§. II. Etiam in emphyteusi loc. habet represent. p. 44.

§. III. In Expeditoriis, quoad descend. & collat. p. 45.

§. IV. Ut & cognata quoad Geradam, ibid.

§. V. In pecunia composititia, p. 46.

§. VI. In Fideicommissis familiae, p. 47.

§. VII. In successione Ducatum, &c p. 48. §. VIII. In

jure primogeniturae, p. 49. §. IX. In retractu lineari, p. 50.

§. X. In successione ex consuetudine, p. 51. §. XI. Ex dis-

positione hominis, p. 52. §. XII. Usus in Tutela & Cu-

ra, p. 53. & 54. Absentis, p. 54. §. XIII. In onere ali-

mentandi, & custodiendi furiosum, p. 54. 55. §. XIV. In

Jure Patronatus representatio similiter admittenda, p. 55.

CAPVT VI.

DE

FINE ET EFFECTV BENEFICII RE-
PRAESENTATIONIS.


§. I. Effectus circa commoda defuncti viventis, p. 56.

seq. Hereditatis jacentis, & adita. Jus accrescendi, p.

57. Circa incommoda, p. 58. §. II. Ratio divisionis in

stirpes datur, p. 58.

CAPVT



CAPVT VII.

DE

REMEDIIS, QVIBVS FINEM PRIVILEGII
REPRÆSENTATIONIS CONSEQVNTVR.

§. I. Extrajudicialis petitio, p. 59. §. II. Exceptio inofficiosi & nullitatis testamenti, p. 60. §. III. Possessoria retinenda, p. 61. Summarissimum iudicium, & summar. possessio, ibid. Inhibit. de non-turb. in possess. p. 62. Ordinar. cum petitorio cumulari potest, p. 63. §. IV. Remedia per quos possess. heredit. recuperantur, ib. §. V. Per quos acquirenda sunt, p. 65. §. VI. Quis necesse habet ad petitorium convertere, p. 68. Præparatur per act. interrogatoriam, ibid. §. VII. Utuntur querel. inoffic. testam. p. 69. Accus. Falsi, & implorat. Judicis, ib. Hereditatis petit. Quid pro herede possidere, & quid pro possessore, p. 71. §. VIII. Dividunt hereditatem vel extrajudicialiter, p. 72. vel per fam. eriscund. It. per Arbitros, per sortem. Etiam de evictione, pag. 73. Porro de communi dividundo iudicio, & de exceptione non factæ collationis agitur, ibid.

CAPVT VIII.

DE

PROBATIONIBVS.


§. I. Prob. se esse defuncti agnatum, p. 74. & quidem legitimum, p. 75. proximiozem, & tandem, ei jus succedendi jam esse delatum, ibid. §. II. Onus probandi in contrarium afferentem transferatur, p. 75. & 76.

CAPVT IX.

AFFINIA ATTINGENS ATQVE CONTRARIA.


Sunt: Si beneficium succedendi nostrum, tum committendo, tum omittendo neglexerit, &c. p. 76.


FINIS.



(x2256747)

1017





26. Pri. 48. Num. 16
17
1655, 14 b

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA,
DE
IVRE
REPRAESENTATIONIS,

GERMANIS:

Striv
Wie in strittigen Erbschafts-Fällen die auf- und absteigenden
auch Neben-Linien, denen Rechten nach, zu einer Erbschaft
ein- oder abzuweisen sind.

QVAM
PRAESIDE

DN. GEORG. ADAMO STRVVIO,

ICTO MAGNI NOMINIS,

IN ACADEMIA IENENSI CELEBERRIMA,

PRO LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES AC PRIVILEGIA
LEGITIME CONSEQVENDI,

D. XXI. FEBRVAR. ANNO M DCLV.

ERVEDITORVM EXAMINI SVBIECIT

IOH. CHRISTOPHORVS HEROLD,

HALL. SAX.

NVNC

VNACVM INDICE RERVVM PRAECIPVARVM

I E N A E,
REC. LITTERIS HELLERIANIS, 1757.

